

17.072

ucto  
pau



VNI<sup>ER</sup>SIDAD  
DE SALAMANCA

GREDO.SAL.ES





12



In nomine domini Amen  
 Nos Johannes de Salas  
 Notarius publicus  
 In hac parte  
 Testes  
 In hac parte  
 Testes  
 In hac parte  
 Testes





## Opuscula in hoc volumine cōtenta

- Archilochus de tēporum antiquitate & homeris octo.
- Philonis breuiariū de tēporibus sacræ scripturæ.
- Berofus chaldeus de origine & successione regnorū.
- Manethon ægyptius subsecutus berofum in historia.
- Metasthines persa qui & ipse berofum subsecutus est.
- Myrsilus lesbicus qui de italiæ antiquitate scripsit.
- Xenophon historicus de quorundā æquiucatiōe.
- Sempronius romanus de italiæ descriptione.
- Fabius pictor historicus de italiæ antiquitate.
- Catonis censorii de originibus fragmentum.
- Antonini pii ex itinerario italiæ descriptio.

Antonius Nebrissēsis chronographus regius dū Burgis  
in curia desidet ociosus dispunxit interpunxit atq; pro uirili  
ex inemendato exemplari castigauit & imprimi curauit.

*Reate in porticu cuiusdā templi in lapide marmoreo de  
sancto deo sabinorū & auctore Tale ē epigramma.*

*De decuma uictor tibi Lucius mūnis donū moribus antiquis  
pro usura hoc dare sese nisi mō suo perfecit tua pace rogās  
te cogenda dissoluēdi tu ut facilia foreis perficias decumā  
ut faciat uera uanis ppd hoc atq; alijs donec des cuncto  
merenti.*

*Curial Colegio de Cuernca*





In Archilochi fragmentū præfatio.

Archilochus hic putatur esse qui inter nouem poetas lyricos a græcis numeratur: sed an de temporibus historiam scripserit ignoramus. Hoc tamē fragmentū qd' in man' nostras peruenit multum cōfert ad rationē temporū dignoscendam: ætatis maxime Homeri: quē alii alio tēpore fuisse scribunt putantes unū esse qui fuerint plures.

Archilochus de temporū antiquitate & homeris octo.


**M**aseas phoenix damascen' libro nonagesimo septimo historiarū asserit ante ninū ferme ducētis. l. an nis fuisse inundationē terrarū: & quendā cui testimoniū phibet mo seus antiquissimus historicus liberatum circa fluuiū araxim ad mōtes caspios: tūq; recenti cælo & rudi humano genere uixisse aureā uitā: in qua nullo ferēte legē: natura ipsa uiuebatur: quo usq; nin' & semiramis arma populis inferētes pmi uitā uitiare cœperūt humanā. Tradūt igif chaldæi uno & trigesimo atq; cētesimo ab ogyge anno regnasse apud se saturnū auū nini annis sex & quinquaginta: primūq; babylonix fundamenta iecisse. Hūc secutū fuisse filiū belū iouē: & rexisse chaldeos & assyrios annis duobus & sexaginta. ninū uero duobus & quinquaginta. semiramidē duobus & q̄draginta. Ea babylonā magnitudine indicibili extruxit. Supputatur igif a nino ad secundū annū spheri quo ortus est deucalion anni unus & quinquaginta supra. cccc. septingēti uero a prima inūdatione nouimestri: a qua ad troiā colligit maseas annos nō minus octo & uiginti supra octingētos. Regnatū uero fuit troiæ sub regib' sex: sub dardano quidē uno & triginta annis: sub erichthonio. v. & lxx. sub troe. lx. sub ilo. v. & l. sub lamedōte. vi. & xxx. sub priamo. xl. Secuti sūt anni quingēti a captiuitate troiæ usq; ad. xxiii. olympiadē in quib' flo

Archilochus

61510A319(1)

ruerūt homeri octo. Horū primus in annalibus teutei regis assyriorū tradit: qui. xxvii. a nino extitit. hic homerus ut ibi tradit: fuit smyrneus & præfectus eiusdē regis paulo ante descensum heraclidarū in peloponessum: anno. xx. demophōtis regis atheniēsiū: qn pyrrhus in tēplo apollinis fuit ab ore ste interemptus. Hūc secutus est homerus chius: qui ut chiensū memoria tradit: floruit arte medicinæ anno. xix. melanthi regis atheniēsiū. Alius fuit homerus patria cume': qui ut ipsi cumei phibēt: enituit magica magis q̄ litteratura: anno. xxiiii. Codri regis atheniēsiū. Quartū: ciuē suū prædiuitē salaminēses cyprii efferūt arte institoria indytū: anno octauo agasti atheniēsis. Biennio post emerfit homerus colophonius: quē illorū annales migratione ionica prædicant effluxisse: arte pictoria simul & sculptili. Sextus fuit atheniēsis: qui ut ipsi scribūt: illustris reuocatione abolitarū legū & nouarū latione floruit sub archippo. Septimū argiui habēt: musicæ atq; geometricæ disciplinæ præceptis admirabilē: anno. xvii. diogeneti atheniēsis. Vltimū hunc homerū ætas nostra cernit: q olympiade. xxiii. & a troiæ excidio anno quingentesimo: patria meon: olympico certamine uictor: iudicio totius græciæ eximius poetarū est habitus: & ei soli ius tributū emēdādi characteres & nomina & linguā græcā: quæ ut ferūt cadmus samotrax fere barbara & plena ruditatis attulit sub excidiū troianū: cū reuersus esset a fuga quam inierat ob certamē qd' illi prisca uxor intulerat ppter nuptias supinductæ armoniæ. Sūt ergo nūc characteres ab homero forma elegantiore. Nā primi barbariē quādā uetustā & non phœniciā ferebāt: q̄ nihil phœnicū habēt ut cernimus: sed galatarū & meonū figuras retinent. Idē homerus reformauit characteres & grāmaticæ præcepta primus dedit: cū antea quisq; sermone scriberet simul & loqueret uernaculo: quæ pfecto etiā italia quæ z magna græcia suscepit, hactenus de tēporibus.

a ii





In Philonis breuiarium de temporibus  
præfatio feliciter incipitur.

Philon professione iudæus: natione alexandrinus quæ  
admodum hieronymus in libro de uiris illustribus prodit cõ-  
plura ingenii sui monumeta reliquit: quæ idcirco scribit inter  
ecclesiasticos scriptores posuisse: quod testimoniũ perhibes  
de prima Marci euangelistæ ecclesia alexandrina in nostrorũ  
laude uersatus est. Idem hieronymus in prologo libri sapien-  
tiæ tradit ex genere discendi quosdã putasse uolumẽ illud esse  
philonis. In hoc uero libello talia scribit: ex quibus in utroq;  
testamẽto multæ questiones explicatur alias insolubiles. Fu-  
it aurẽ tanta eloquẽtia ut de illo apud græcos uulgatũ sit: aut  
plato philonem aut platonẽ philon imitatur. Aiunt sub Ca-  
io principe romã uenisse: atq; deinde sub Claudio cum Pe-  
tro apostolo de rebus diuinis cõmẽtatum. Ipse fatetur de se  
qd̄ peruenerit ad tempora agrippini qui & agrippa ultimus  
iudæorum rex fuit.

Philonis iudæi de tempo-  
ribus breuiarium incipitur.



Badam usq; ad diluuiũ stuxerũt  
anni mille sexcenti quinquaginta  
sex. A diluuiõ ab abraham duo &  
nonagita supra ducetos. Ab abra-  
ham ad moysen quinq; & uigin-  
ti & quadringeti. A moysẽ ad exi-  
tum de ægypto & inchoatum tẽ-  
plũ ligneum anni octoginta. Ab  
eo ad inchoatum lapideum anno  
quarto regni salomonis & execu-  
tioni mandatum decretum dauid de successoribus regni an-  
ni colliguntur octoginta & quadringenti. Si quidem orta li-  
te inter filios dauid: quos ex bersabe genuerat: quis regno p̄-  
cederet: dauid edicto statuit a iunioribus ichoari: & ut alteri  
succederet: ubi posteritas naturalis deficeret. Itaq; a salomo-  
ne minimo coeptum est: & a nathã illi natu proximioire filio  
dicto ahiasar & mathat: & posteris ei' ahiasarim atq; matha-  
thim: id est ut omnes dicerentur & essent fratres principis &  
donati tẽpore ad succedẽdũ. Hinc usq; ad iosaphat & ocho-  
ziam posteritas nathã semper dicta est ahiasarim. Nã quos  
occidit iorã posteros nathã: quos pater in tribu iuda p̄ter de-  
cretum honorauerat: filii iosaphat fratres iorã dicti sunt. Si-  
militer infantes eorũ quos iorã liberos quidẽ: sed reditu ua-  
cuos in tribu iuda reliquerat: dicti sũt fratres & filii ochoziæ  
cũ tamẽ ochozias unicus solus ex iorã & salomone supstes  
esset. Quo perempto: omnẽ stirpem regiã ahiasarim athalia  
conata est delere: nisi prouidẽtia iosabet sororis ochoziæ ex  
ahiasarim: saluatus fuisset minimus ex ahiasarim infans eli-  
qui & eliakin. Nã synonyma sunt syris & ægyptiis eli elia

a iii





kin. Cognominatus autem infans eli fuit ioas primus ex domo dauid & posteritate nathan: pro quo mizmor a dextro & leuo choro decantatus fuit: qui a. lxx. senioribus septuagesimus quartus positus est & sub ioiada institutus: ne disperderet deus funditus domum dauid: ubi finierat proles salomonis. Ab isto ioas atque deinceps in rememoratione reges semper binomii & trinomii fuerunt. Nam iste primus dictus est eli ioas simeon. Item hermanasses. Ezechias iesus: & eiuscmodi. Itaque a quarto anno salomonis usque ad finem posteritatis eius & primum successorem ahiasarim cognomine ioas supputantur anni octo & triginta supra centum. A ioas uero usque ad spontaneam transmigracionem ioakin anni sunt. cc. xci. connumeratis. x. annis quibus regnauit amon captiuo patre her & manasses. Porro a transmigracione ad desolationem anni sunt undecim.

**A** desolatione ad carceres ioakin sunt anni uiginti. & ab eius transmigracione. xxxi. sex annis sequentibus. tunc editus mizmor octogesimus septimus. In fine autem septimi anni euilmerodac eductum ioakin de carcere in honore habuit: eumque populus neri cognominauit: quod lucerna dauid que timebat extincta illuxerit. & mizmor octogesimus octauus editus est ad gratiarum actionem atque conseruationem gentis & celerem missionem messiae. Mox liberato neri datus est a deo filius mesezebeel cognomento salathiel: qui anno decimo septimo ante solutionem captiuitatis barachiam qui anno. xvii. soluta captiuitate dux populi fuit: & ab eo ducatu dictus zorobabel: anno a transmigracione octogesimo primo & a desolatione septuagesimo. Praefuerunt autem populo duces ex domo dauid & sacerdotes ex leui seorsum usque ad tempora asmonai: & de his septuaginta seniores sic inscriptis reliquerunt. Iesus filius iosedec magnus pontifex cum barachia zorobabele filio mesezebelis filii neri ipse est ioakin anno primo cyri uenit hierosolymam: quod secundo

anno dum iaceret fundamenta prophetarum agai & zacharia. ob mortem darii hystaspis impeditum est opus: nec adiri potuit cyrus qui bello tamyrice erat impeditus. Successit interfecto cyro asuerus prisci artaxerxes: qui bellum parabat contra artaxat factiois tamyrice fauorem: qui & ad defectionem compulerat assyrios medosque ac persas: Et asuerus intra babyloniam sese continebat. Ad eum iesus pontifex: qui duces syriae contra hebraeos scripserant: se contulit: relicto in pontificatu anno. xii. asueri filio suo ioakin qui & heli. Ergo quod eo anno erat asuerus occupatus bello: non est auditus iesus. Victor cum sequente anno missum a se holophernem a iudaeis tructatum audisset: edicto publico uenit templum erigi. Successerunt duo filii eius: qui de imperio contendentes: Dario longimano: qui uotum relaxandi edictum patris emiserat: septimo mense uictoria cessit. Anno eius primo reuersus iesus hortantibus iisdem prophetis aedificare templum annixus est. Gessit ergo iesus pontificatum primum usque ad. xii. annum asueri prisci annis. vi. & xxx. Ioakin filius in eius absentia annis octo. Is & iudit gesta conscripsit: & anniuersariam liberationis memoriam quotannis agendam instituit. Idem iesus reuersus persecutus est pontificatum annis uiginti: usque ad uigesimum annum longimani natus annos triginta & centum. Ei successit ioakin intersecundo pontifex annis. xlvi. usque ad. xii. annum magni artaxerxis asueri: qui gesta hester scripsit: & memoriam phurim instituit: hortate illum per litteras mardocheo: qui decem & octo annis aetate isaac superauit. Tertius pontifex successit eliasib: annis uno & uiginti: usque ad. xxxiii. magni artaxerxis. Hic primus posuit hierosolymis portam gregis. Quartus pontifex ioada gessit pontificatum annis. xxiiii. & totidem ioatham usque ad finem ochi artaxerxis. Ultimus sub persis fuit sextus pontifex iaddus annis. x. Principes uero ex domo nathan primus simeon qui & ioas: Rursus leui qui & amasias. Item iesus qui & ezechias. Her quoque qui & manasses. Hi ante captiuitatem. Por-





ro in captiuitatis solutione zorobabel primus prefuit annis octo & quinquaginta. Resa mysciollá sex & sexaginta. Ioanna ben resa tribus & quinquaginta. Iudas primus cognomine hircanus quattuordecim. Ab alexandro ad asmonaim pontifices usque ad iudá onias priscus annis uiginti septé. Simón priscus xiii. Eleazarus antiochi theos inimicus uiginti. Manasses seleuco gallinico amicus uiginti septé. Simon iustus honoratus a magno antiocho uiginti octo. Onias huius filius a seleuco spoliatus templo triginta nouem. Hinc sequitur iudas asmonai Duces uero ex domo dauid usque ad dictum iudá fuere iosephus primus annis septem. Abner semei. xi. Eli matathias. xii. Asar maath. ix. Nagid artaxat decé. Agai heli octo. Maslot naum septem. Amos sirach quattuordecim. Matathias siloa decé. Iosephus iunior arses honoratus a ptolemeo sexaginta. Ianneus secundus hircanus prefuit annis sex & decem.

**M**ox secuti asmonai simul cum pontificatu etiam ducatum a domo dauid subriperunt: unde orta inimicitia & simulas. Iudas asmonai correptis armis contra antiochum illustre & filium eius eupatorem atque demetrium prefuit annis quinque. Ionathas eius frater decé & noué. Simon ab antiocho fidei immunitate donatus prefuit annis octo. Ioannes hircanus priscus ex asmonaim: annis. xxvi. Aristobulus uno. Ianneus alexander. xxvii. Eius uxor alexandra noué. Ultimus hircanus triginta quattuor: qui captus a parthis relicta uxore ac filia & eius fratre aristobulo. Mox herodes iubente senatu romano inuitis hebreis regnum tyranicum iniit: sumpta sibi uxore filia hircani capti a parthis: & declarato filio eiusdem hircani aristobulo pontifice: ut iudeorum animos ad se inclinaret. Subtulit autem ex filia hircani sibi uxore filios duos. Sed cum anno uigesimo sexto tyrannici regni sui herodes reuersum socerum hircanum aduerteret more prisco regis salutari ab hebreis: illum sibi socerum socrumque atque filiam sibi uxore

rem & duo ex ea susceptos liberos & aristobulum interemit: biennioque post hebreos multis calamitatibus afflixit. Anno uero trigesimo principatus sui tyrannici zanedrim ex domo dauid deleuit: & annaleum quendam atque zanedrim ex profetis suffecit: qui nimium in lege uidebantur eruditi. Tum & salome sororem suam & uirum eius de tribu iuda: Itaque proprium filium quem ex uxore eiusdem tribus susceperat: interfecit: quod diceretur iam in lege promissus christus natus. Fessi tandem hebrei ultro sibi ac eius posteris regnum obtulerunt: iurantes in fide ipsius ac posterorum sese permansuros. Regnauit hic primus herodes ascalonita tyrannico principatu annis triginta uno: & legitimo sex. Et filius eius archelaus annis nouem. Herodes autem tetrarcha annis uiginti quattuor: cuius uigesimo primo anno legatus a nostris iudeis ab alexandria missus adolescens eram. Secutus est hunc agrippa priscus annis septé. Agrippa iunior annis septé & uiginti. Et agrippinus qui & agrippa ultimus annis triginta usque ad hunc ultimum annum ætatis mee decrepitæ.

**E**xplicium breuiarium temporum philonis eruditissimi historici hebrei: qui asserit in historiis suis omnia tempora quadrasse ad ueros annales quattuor monarchiarum: qui soli & emendatissimi habentur: quos soli uel maxime primi: retulerunt ex chaldeis berofus pro monarchia assyriorum & metasthenes Persa historicus in annalium iudicis: pari forma ait ex grecis eos solos se persecutum: qui annales grecorum secuti sunt septuaginta seniores interpretes usque ad ptolemeum & asmonaim: inde romanos qui tempora sua diligentissime conseruauerunt.





Berofus patria babilonijs, p̄fessione chaldæus hoc est mathematicus insignis floruit circa tempora magni Alexātri: qui cum uenisset athenas astrologiam professus propter diuinas prædictiones: quæ admodum plinius in .vii. naturalis historię libro scribit: statuam in publico loco lingua in auro ta meruit. Historiam chaldaicam deflorauit: atq; in temporum seriem iam inde ab uniuersali diluuiio redegit: quod alius nemo ex ethnicis autoribus est assecutus. Hunc flauius iosephus in hebraicis antiquitatibus & cōtra appionē grammaticum testem frequēter adducit, & ex nostris eusebius cæsariensis & diuus Hieronymus in diuersis operibus citant. In quinque breuia capita opus diuisit. In primo tradit: quid chaldæi de temporibus ante diluuiū habent. In secūdo de genealogiis primorū ducum. In tertio antiquitatem Noa siue Iani. In quarto antiquitatem regnorū totius orbis. In quinto cuiuslibet regni principes explicat.

Berofus chaldæi chaldaicæ historię breuiarium in sex capita distributum.

**H**Nte aquarū cladem famosam qua uniuersus periit orbis: multa præterierūt sæcula: quæ a nostris chaldæis fideliter fuerunt seruiata. Scribunt illis temporibus circa libanū fuisse enos urbē maximā gigātū: qui uniuerso orbi dñabant ab occasu solis ad ortū. Hi uastitate corporis ac robore cōfisi inuētis armis omnes opprimebāt: libidiniq; inserviētes inuenerūt papiliōes & instrumēta musica & oēs delicias. Māducabāt hoīes: & pcurabāt aborsus: in eduliūq; pparabāt & cōmiscabant matrib; filiabus: sororib; masculis: & brutis & nihil erat sceleris qd nō admitterēt. contēptores religiōis & deorū. Tū multi p̄dicabāt & uaticinabant: & lapidib; excidebāt de ea que uētura erat orbis p̄ditione. Sed enī illi assueti corridebāt oīa celestia illos ira atq; uliōe purgēte p̄ impie-

tate atq; sceleribus. Vnus inter gigātes erat q deorū uenerantior & prudētior cūctis reliquis exprobis erat in syria. Huius nomē erat noa cū trib; filiis: samo: iapeto: chem: & uxorib; tythea magna: pandora: noela & noegla. Is timens quam ex astris futurā p̄spectabat cladē: anno septuagesimo octauo ante inūdationē nauim instar arcæ cooptā fabricari cœpit. Anno .lxxviii. ab inchoata nauī ex improviso exundauit oceanus & omnia maria mediterranea. Fluminaq; ac fontes ab imo ebullientes inūdauerūt supra oēs mōtes accedētibus atq; impetuosissime & supra naturā e celo copiosissimis hymbrib; multis dieb; corruētibus. Ita oē hūanū genus aq; suffocatū excepto noa cū familia sua: quæ nauī erepta ē. Nā eleuata ab aq; i gordiaci mōtis uertice quēuit: cui; adhuc dicit aliq; ps esse & hoies ex illa bitumē tollere: quo maxie utūt ad expiationē. Ab hoc igif anno salutis hūanæ ab aq; p̄mordio sūpto nrī maiores innūeros scripserūt. Nos uero tædiosum illorū sermonē abbreviaturi referem; origines & tpa & reges eorū dūtaxat regnorū: quæ nūc magna habēt: i asia qdē nostrū oīm celsissimū babilonicū: i africa ægyptiū & libycū: que unū p̄mo fuerūt: & sub uno narrabim;. Postremo in europa quatuor nostri enumerāt. celtiberū celtæ. kitim qd illæ gētes italicū appellāt. & tuisconū qd a rheno fluuio per sarmatas in pontū finit. Addūt quidā etiā quintū dictū ionicū.

**N**Ecessē est igif nos ex præmissis confiteri: qd & chaldæi Mac scythæ scribunt: siccato ab aq; orbe nō fuisse nisi dictos octo hoies in armenia saga: & ab his omne hominum genus in terris seminatū: atq; ob id scythas recte dicere & appellare noam omniū deorū maiorū & minorū patrē: & hūmanæ gentis auctore: & chaos & semē mūdi. Tytheam uero aretiā id est terrā in quam semen chaos posuit: & ex qua tanq; ex terra cūcti prodierūt. Præter uero tres primores filios: Noa post diluuiū gigātes pluresq; filios genuit. Quare





ad abbreviandū plurimū cōferet: si omniū posteritates figurabimus ab ipso noa sumpto exordio: deinde sigillatim a cæteris. Primū itaq; dixerunt ogygisan sagam id est illustrē sacrorū pōtificem Noam disir.

**H**As igitur principū atq; heroum origines atq; posteritates abbreviamus ex nostris chaldæis atq; scythicis libris: quo ad satis sit. Nā & multos alios memoriæ mandat: quos quia nihil ad nostram intentam accurtationē aut parum afferunt: ob id dimittimus. resumpturi illos ubi opus fuerit. Quo pacto exinanitus orbis fuerit colonis & hoibus oppletus: dicēdū est. Exiccata humo & torre facta terra: noa cū familia de monte gordixeo: ut par erat: descendit in subiacentē planiciē plenā cadauerū: quā usq; ad hanc ætatē appellant meri adā id est euisceratorū hominū: & inscripsit in lapide in monumētū rem gestam & uocant incolæ locū egressoriū noe. Cōgressi uero cōiugibus ppetuo geminos edebāt marem & sceminā: qui adulti & cōiuges effecti & ipsi binos p̄tu liberos semper edebāt. Neq; enī de' unq; uel natura defuit rerū necessitati: quæ uniuersi orbis spectat opulentiā, hoc pacto breui in immensum adaucto humano genere omniq; armenia completa: opus erat eos inde recedere: atq; nouas sibi sedes conquirere. Tunc senissimus omniū pater noa iam antea edoctos theologiā & sacros ritus cœpit etiam eos erudire humanam sapientiam. Et quidem multa naturalium rerum secreta mandauit litteris: quæ solis sacerdotibus scythæ armeni commēdant. Neq; enim fas est illa ulli inspicere aut legere uel docere: q̄ solis sacerdotibus & inter sacerdotes dūtaxat: sicut & quos rituales libros reliquit: ex quibus illis primum saga nomen fuit inditū: id est sacerdos & sacrificulus & pōtifex. Docuit itē illos astrorū cursus: & distinxit annū ad cursum solis & .xii. menses ad motum lunæ: qua scientia prædicebat illis ab initio quid in anno & cardinibus eius fu-

turum cōtingeret ob quæ illum existimauerunt diuinæ nature esse participem: ac propterea illū olybama & arsa id est cœlū & solem cognominauerūt: & illi plures ciuitates dedicaerunt. Nā & ad hæc tēpora scythæ armenii urbes habent olybama & arsa ratha: & eiuscemodi. Cūq; iuisset ad regendū kitim: quā nūc italiā nomināt: desideriu sui reliquit armeniis: ac propterea post mortē illū arbitrati sunt in animā cœlestiū corporū & illi diuinos honores impenderūt. & ob id solum hæc duo regna armeniū quidē quia ibi cœpit: italicū uero quia ibi finiuit & docuit & regnauit naturaliūq; atq; diuinorū quæ eos erudiuit libros plenissime illis cōscriptos reliquit: illū uenerant simulq; cognominant cœlū: solē: chaos: semē mūdi: patrēq; deorū maiorū & minorū: animā mūdi mouentē cœlos & mixta uegetabiliaq; & aīalia & hominē: deū pacis: iusticiæ: sanctimonix: expellētē noxia & custodiētē bona. Et ob hoc illū utræq; gētes signāt i scriptis cursu solis & motu lunæ: & sceptro domini quo malos & noxios expellebat a cœtu hominū & castimonia corporis & sanctimonia animi: duabus clauibus religiōis & foelicitatis. Neq; minus Tytheā quæ mater omniū erat: aretiā id est terram uocabāt: & hestam id est ignē post mortē cognominauerūt: q̄ ipsa regina sacrorū fuerat: & puellas docuerat sempiternū ignē sacrorū iextinctū seruare. Cæterū noa anteq̄ discederet ab armenia: docuit illos simplicē agriculturā magis curās religionē & mores: q̄ opulentiā & delicias quæ ad illicita & libidines prouocat: & cœlestiū iram nup̄ induxerant. Prim' tñ omniū inuenit uites atq; plantauit: & uinū conficere docuit cuius uim inexpertus & uaporē ebrius effectus minus pudice in terrā cecidit. Erat illi ut dixim' filius ex trib' primis adulescētior chem: q̄ semp̄ magicæ ac ueneficæ studens zoroast nomē cōsecutus erat. Is patrē noā odio habebat: q̄ alios ultimo genitos ardētius amabat: se uero despici uidebat: potissi-





me uero idē infensus erat patri ob uitia. Itaq; nactus oppor-  
tunitatem cū noa pater madidus iaceret: illius uirilia compre-  
hendens taciteq; submurmurās carmine magico patri illufit  
simul & illum sterilem perinde atq; castratū effecit: neq; de-  
inceps Noa foemellā aliquā foecundare potuit. Ob benefici-  
um inuētæ uitis & uini dignatus est cognomento Iano: qd̄  
aramæis sonat uitifer & uinifer, at uero chem cū publice cor-  
rūperet mortale genus asserens & re ipsa exequēs cōgredien-  
dū esse ut ante inūdationē cū matribus: sororibus: filiabus:  
masculis: brutis: & quouis alio genere: ob hoc eiectus a Iano  
piissimo & castimonia atq; pudicitia refertissimo sortit⁹ est  
cognomentū chem esenua: id est chem infamis & impudic⁹:  
incubus propagator. Est enī esen apud scythas aramæos in-  
famis & impudicus, enua uero tū impudicus: tū propagator  
Eum inter homines huius dogmatis secuti fuerūt ægyptiī:  
qui sibi illum suū saturnum inter deos adolefcētiorē fecerūt:  
& ciuitatē illi posuerunt dictā chemmin: a qua ad hanc æta-  
tem omnes ciues illius appellam⁹ chemmenitas, uerū post-  
eri hoc uitiosum dogma neglexerūt: retēto quod fuit primi  
moris: ut inter fratres & sorores coniugiū iniiri posset.

## Cap. iiii.

**M**ultiplicatū est in immēsum genus humanū: & ad cō-  
parandas nouas sedes necessitas compellebat. Tum ia-  
nus pater adhortatus est homines principes ad quærendas  
nouas sedes: & comunē cetū inter homines agendū: & ædi-  
ficādas urbes. Designauit itaq; illas tres partes orbis: asiam:  
aphricā & europā: ut ante diluuium uiderat. Singulis autem  
his principibus singulas partes ad quas irent partitus: ipse p-  
totum orbem colonias se traducturum pollicitus est. Itaq;  
nimbrotum creauit babylonix saturnū primum: ut ibi pri-  
mum ædificaret cū coloniis suis. Quare nimbrotus assum-

pto filio ioue belo cū coloniis furatus est rituales iouis sagi:  
& cum populo uenit in campum sennaar: ubi designauit ur-  
bē: & fundauit maximā turrim anno salutis ab aquis. c. xxxi.  
regnauitq; ibi annis. lvi. & deduxit turrim ad altitudinē &  
magnitudinem montium in signum atq; monumentū qd̄  
primus in orbe terrarum est populus babylonicus: & regnū  
regnorum dici debet. Ergo ab eo exordiemur: & per ipsum  
mensurabimus omnia regna: & eorum reges ac tempora: ab  
breuiādo illa in hunc modum. Anno. c. xxx. a salute ab aquis  
prima omnium gentium & ciuitatum fundata est a saturno  
babylonico nostro urbs & gēs nostra babylonica: multipli-  
cataq; est nimis numero posteritatis: magisq; studuit paci &  
religioni saturnus deorum q̄ opulentiis. Et turrim quidem  
ædificauit: sed non compleuit: nec designatam urbē funda-  
uit: quia post. lvi. annos subito nō comparuit trāslat⁹ a diis.  
Ab exordio huius ianus pater misit in ægyptum cū coloniis  
chem esenuū: in libyam uero & cyrenen tritonē: & in totam  
reliquā aphricam iapetum priscum atalaa. In asiam orienta-  
lem misit gangen cum aliquot ex filiis comeri galli. In arabi-  
am foelicem sabum cognomine thuriferum. Arabum præfe-  
cit arabix desertæ: & Petreium petreix. Canam posuit a da-  
masco usq; in extima palestina. In europa regē sarmatix fe-  
cit tuisconem a tanai ad rhenū: iunctiq; sunt illi omnes filii  
istri & mese cū fratribus suis ab adula mōte usq; in mesem-  
bria ponticam. Sub his tenuerunt tyras: arcadius: æmathi-  
us. Italiam tenuit comerus gallus. Samotus possedit celtas:  
& Iubal occupauit celtiberos. Hi sunt qui egressi sunt post  
nimbrotū singuli cū familiis & coloniis suis: relinquētes no-  
mina sua locis in signū expeditiōis a iano patre cōmissæ: &  
ad monumentū posteris: ut scirent quis eorū fuerit cōditor.  
Hi iuxta mandatum iani coloniis turri constructa pro me-  
tropoli ipsi in ueis & cauernis casas habebant. Solus noster





saturnus idcirco excessit mandatū: quia urbem urbium & regnum regnorum uoluit esse babiloniā. Rursus his temporibus ianus cum omnes in colonias missi abiissent: eos qui remanserant bipartitus est. Nam secum retinuit filios plurimos: quos post salutem ab aquis genuit: & item maximam gentium multitudinem quā secū in colonias conducturus erat. Scythia cū matre sua araxa & aliquot coloniis qui armeniam incolerent: rex primus relictus est cōstituto summo pontifice sabatio saga ab armenia usq; in bactrianos: quæ longitudo a nobis ad hanc ætatem uocatur scythia saga. Postremus omnium ipse ianus ab armenia per orbē colonias seminatus egressus est. Hæc nostri maiores multis libris traderunt. Nunc de temporibus eorū ac posteritatibus dicemus iuxta id quod in nostra chaldaica & primordiali scythica historia fideli memoria conseruatum est.

Cap. v.

**U**t supradixim⁹ anno a salute humani generis ab aquis cētesimo trigesimo primo: cœpit regnū babilonicum sub nostro saturno patre iouis beli: qui imperauit annis. lvi. Anno huius. x. comerus gallus posuit colonias suas i regno: qd post italia dicta est. & regionē suā a suo nomine cognominauit: docuitq; illos legē & iusticiā. Anno eius. xii. iugal cōdidit celtiberos. & paulo post samotes qui & dis celtas colonias fundauit. neq; quisq; illa ætate isto sapientior in diuinis fuit: ac propterea samotes dictus est. Anno nimbroti. xv. Oceanus ad nilum ægypti confedit. & a se oceanum nominauit: & multos ex sorore tetyde edidit liberos. Inde superuenit ille corruptor humani generis chemesenuus: ubi Thelchines magicam docens maxima opinione celebrabatur. Anno decimo octauo eiusdem babilonici regis gogus sabeiā arabiam foelicem cum sabo suo patre puer tenuit. & triton libyam. & iapetus priscus atalaa aphricam. cus æthiopia: & getulus getuliā. Anno eiusdē uigesimoqnto tuiscon

Sarmatas maximos populos fundauit: & mesa cū filiis istri priscos mesios posuit usq; ponticā mesembriā ab adula monte. Anno. xxxviii. eiusdem regis sagæ armeni multiplicati possederūt omnē caspiam regionē ab armenia usq; in bactrianos: & ianus pater ianeos colonos transduxit in hircaniā: & ianilos in mesopotamiā uersus mare sub babilonia.

Anno. xl. eiusdem regis aliquot coloni ex filiis comeri in bactrianis sibi sedes quæsiuerūt. Et gēges in india sedē sui nominis. Anno. xlv. eiusdem regis aliqui ex filiis mese ac getuli iuncti simul primi mesagetes in india propagauerunt. Eadem tempestate saturnus rex babiloniæ misit principes coloniarum assyrium. medū: moscum & magogum: qui regna condiderunt assyriū. medum & magogum in asia. moscos uero & in asia simul & Europa. anameon quoq; adolescentulus mœones a se dictos condidit: & regnauit centum quinquaginta annis.

**S**ecundus rex babiloniæ iuppiter belus filius dicti saturni regnauit annis. lxii. & fundamenta designata babiloniæ oppidi magisq; urbis erexit. Pace fruebatur usq; circa finem imperii sui. Anno. iii. huius Comerus more scythico unde uenerat docuit suos italos urbē curribus componere. Et idcirco uei appellati sunt uocabulo sago: qui ueias plaustrum appellāt: & urbē ex his compositā si parua sit ueitulam: si magna ulurdum: si metro polis ciocholam. Ad hæc quoq; tempora scythæ plaustris & curru pro domibus utuntur. Et sub solario quidem stabulū: supra uero habent officinas domus. concludit & loca a se cognominata. Tyras postq; tyrum fundauit: cum principibus coloniarū littora maris tenuit: fundauitq; thraces. Arcadius arcadiā. æmathi⁹ æmathian tenuit. Anno. xlv. huius beli ianus pater posuit colonias in arabia foelice & a suo nomine unas uocauit noā & a cognomine ianineas. Qui uero ex posteritate comeri erant

b





galli: ab auito cognomine illos appellauit gallos. Anno. lvi. huius beli chemesenus uenit in italiam ad comeros: & non comparente comero: cepit colonias regere atq; corrumpere suis impietatibus & sceleribus. Ianus uero pater circa arabiae foelicis fluuium plures colonias relinquens & a se Ianineas cognominas in aphricam ad tritonem uenit. Hac ætate iuppiter belus cepit libidine dominandi torqueri. Et paulo ante araxa cum filio scytha creato omnium gentium sagarū rege sabatio saga atq; in armenia relicto: ipsa occupauit omnē partem occidentalem ab armenia usq; in sarmatiam europæ. At uero iuppiter belus cum non posset alios subiugare nisi subacto & trucidato sabatio sagarum rege: clam molitus est illum perimere. Cūq; saturnus prospiceret se non posse eua dere: q; innumeras insidias sibi parauerat iuppiter belus: clā destina fuga se tutabatur in sagis caspiis delitescendo. Cūq; naturæ concederet: iussit filio nino ut sabatium sagā funditus deleret: & omnes populos babylonico regno subiiceret: quia omnium in orbe primum fuisset. quo accepto sabatius delitescerat in bactrianis sagis: quousq; cerneret tempus idoneum uel ad regnum uel ad fugam. Ita arma iouis contra eum parata illum regno pepulerunt circa tempora semiramidis. Eodem tempore triton reliquit filium hammonem regem libyæ: qui accepit coniugem rheam sororem chamesenui saturni ægyptiorum: sed tamen ex almanthea adolescentula clam rhea dionysium substulit: & in nysam urbem arabiae educandum misit.

**N**ertius rex babyloniae a nostris scribitur Ninus iouis belli filius: & regnauit annis. lvi. Hic omnibus suis uiribus sumptis armis patris sui iouis belli omnibus bellū intulit: nulli parcēs: & sabatiū sagā q; esset in omnī desiderio omni studio ad interitū quæritabat. q;re etiā toto huius tpe exul apud suos delituit. Hic omnī primus ex nostris regibus babylonicum regnū p

pagauit: & omnī primus templū belo patri: & matri iunoni: & rheæ auiæ & statuas in medio oppidi babyloniae erexit. Anno huius nini. iiii. Tuiscō gygas sarmatas legibus format apud rhenū. Idipsum agit Iubal apud celtiberos. & Samotes apud celtas. Eō trario chamesenus saturnus ægyptiorū comaros italos nitebatur corrumpere: iuuatibus illū cōuenis & aduenis quos ille per italiae colonias cōduxerat: quos ipsi uocāt mōtanos aborigines. At apud libyā lis orta est inter rheā & hamonē ob stuprū admissū cū almathia: quærebatq; rhea ubi dionysius esset ut eū pderet. & diu his ista rixaq; pseuerauit. Anno nini. x. Ianus pater ex aphrica in celtiberos hispalos uenit: ubi duas colonias dimisit a sedictas noeias & noeglas. His enī etiā antea cognominibus cognōiauerat uxores iapeti & chamesenui. Nini anno. xix. ianus pater ueniēs in italiā cū cōperisset chamesenuū præter opinionē corrūpentē iuuetutē: tribus annis illū equo animo tulit. Deinde illi aliquot colonias assignatis: eū italia excedere iubet. ipse oēs colonias diuisit. Etenī oēs colonos comaros corruptos & cōuenas & aduenas mōtana trās ianiculū annē colere iubet: illisq; filiā suā cranā helernā id est suffragio ab his electā & exaltatā reginā cū sceptro albā dat. Nāq; duos filios suos nouissimos cū illorū posteritate cranum & cranā ianus cū comero miserat: coalueratq; in gentē atq; posteritatē maximā: quā nostra ætate ianigenā uocant: cognominat autē razenuā: id est sacrā propagatricē incubāq; cōtra impietatē chamesenui. Itaq; suā posteritatē separatā ab aboriginibus esse uoluit cis ianiculū annē in planicie atq; maritimis. Cognominauit autē eā razenuā ut & cranū razenuū. Interea cū italia discessisset: chamesenuus: ad illū rhea uenit: & illi nupta ambo cōtra hamonē cū titanibus pergunt: ibiq; bello cōmissō pellunt regno hamonē: & in cretā cogūt. Cum in libya chamesenuus regnat: parit ex rhea sorore osirim: quē cognominauit iouē. Vigesimo secūdo anno nini





Ianus in thuscia ianiculū qđ ætate chamesenui condidit sedem sibi perpetuā statuit usq; arnū: ubi colonias positas uocauit aryn ianas: id est a iano exaltatas. uetuloniæ iura dicebat & docebat atq; regebat. Anno nini. xliii. Sabatius cum aduerteret nullo pacto sibi licere uti regnis: creato armenis sagis rege filio barzane: infarmaticum ponti littus cōcessit. Eadem tēpestate dionysius hāmonis filius armis sumptis rheā & chamesenū regno paterno pellens: & secū osirim retinens in filiūq; adoptas: eum a patre suo hāmonē iouem cognominauit: uti a magistro olympo olympicū: eiq; totius ægypti regnū tradidit. Eodem anno uirgo pallado apud tritonidem lacum infantula exposita ab eodem dionysio ioue libyco etiā cognomiato adoptata in filiā fuit quæ omnē militiā prima libycos docuit. Eodem tēpore ianus pater ianigenas razenuos docuit physicā: astronomiā: diuinationes: ritus: & rituales scripsit: & omnia litteris mandauit. Eisdē uero nominibus & ueneratione diuina sunt profecuti: quibus in armenia saga erant usi. Anno. xlix. nini celtiberos rexit. Iberus filius iubal: a quo iberi nominati fuerunt. Nini. li. anno apud celtas regnauit samotis filius magus: a quo illis oppida plurima posita sunt. Ultimo anno barzanes in armenia a nino superatur.

**Q**uarto loco regnauit apud babiloniā uxor nini ascalonitis Semiramis annis. xlii. Hæc antecessit militia: triumphis: diuitiis: uictoriis & imperio omnes mortales. Ipsa hanc urbem maximā ex oppido fecit: ut magis dici possit illam ædificasse q̄ ampliassse. Nemo unq; huic fœminæ cōparandus est uirorum: tanta in eius uita dicuntur & scribuntur cū ad uituperationē: tum maxime ad collaudationē magnifica. Huius primo anno oritur ex rheā & chamesenuo in ægypto iuno ægyptia cognominata isis maxima frugifera: legifera: soror & uxor osiridis. Eodē anno sabatius saga a

ponto soluit in italiam ad patrem ianū: quem exceptū hospitio post aliquot annos illū coritum creauit: & aboriginibus præfecit. Anno. vi. semiramidis apud rheni sarmatas regnauit filius tuisconis mānus: & apud ianigenas razenuos Vesta uxor iani sempiternū ignem custodiendū uirginibus puellis edoctis sacra tradidit. Anno. xii. semiramidis Sabatius saba cū iano regnat. Anno. xvii. semiramidis sabatius saga docet agriculturā & aliquātulū religionis. Anno semiramidis. xxii. Sabatius sabū præfecit sabinis & aboriginib⁹: ipse iuxta ianiculum cū aliis curetibus regionē coluit: & ibi obiit. Anno. xxxiiii. eiusdē apud celtiberos regnat Iubalda fili⁹ iberi apud mōtem sui nominis. Quintus apud babilonios regnauit zameis ninias filius semiramidis: annis. xxxviii. In regno babilonico hic parū respanduit: ornauit tamē templa deorū: & chaldeos ampliavit. Eius anno primo cum sabatius obiit: ianus pater senissimus filiū suum cranum coritum creauit: octauoq; post anno obiit expletis uitæ suæ ānis. cccl. & ianigene illū uortunum appellātes templū illi & diuinos honores: ut par erat: impenderunt. Hoc anno osiris inuētis a se & a sorore adolescentula frumēto & frugibus: cœpit docere illa in palestina: inde reuersus in ægyptū & inuento aratro & iis quæ ad agriculturā pertinent: sensim uniuersum pagrauit orbem docens quæcunq; inuenerat: & ita uniuerso impauit orbi: exceptis gentibus quæ iam in babiloniorū uenerant potestatem. His tēporibus regnauit apud celtas sarron: qui ut contineret ferociā hominū tum recentū: publica litterarum studia instituit. & apud tuiscones ingeuon.

**S**extus babiloniæ rex arius regnanit annis. xxx. qui adiecit imperio omnes bactrianos. Nam paulo ante mortem ninix chamesennus pulsus ab omni ferme orbe in bactrianos sese contulerat: & illos magico prestigio sibi deuinxerat: adeo ut apđ illos maximis uirib⁹ imparet. Coacto autē





chamesenuus maximo populorū exercitu inuasit assyrios: cōtra quē ninias dimicans superior fuit: & chamesenuū obtrūcauit inde paulo post ipse obiit. Quare arius collecto exercitu: post patris ninix obitum bactrianos & omnes caspios subiecit. Cranus ianigena sororem suā mortuam cum ianigenis razenuis suis & omnibus simul aboriginibus solēni pompa celebrat: & illi lucum iuxta ianiculum annē solēnes q̄ ritus & diem sacrat: ipse senex filiū suū aurunum coritum creat. Arii. xx. anno apud celtiberos regnat brigus: qui multa oppida suo nomini fundauit: adiectis nominibus capitum originū: quibus illa consignabat. Apud libiā regnauit prife? Hyarbas: uir ferox armis & militia palladix. Anno. xxiiii. arii apud ianigenas razenuus regnat aurunus filius crani. Anno. xxix. apud celtas dryius peritix plenus.

**S**eptimus assyriis imperat aralius annis. xl. uir iste claruit ingenio studio militari: & primus adauxit pōpas & gemmas: & muliebres delicias. Apud libyā hiarbas cū palladis fœminis belligerans: non fuit illis par. Quare donis occurrens se ac regnū illarū permisit potestati. apud tuiscones regnabat herminon uir ferox armis: & apud celtas bardus: inuentione carminū & musicæ apud illos inclutus. Aralii anno. x. armeni ianigene griphonii cū coloniis suis ad aurunū ianigenū uenerunt: quos exceptos hospitio: etiā sedem cum ianigenis razenuis assignauit. Classe quoq̄ aufon eodē tempore ab auruno fuit exceptus anno octauo sequente: & sibi sedes in orientali italia ab eodē consignata fuit. Idem aurunus in uetulonia lucū sacrauit crano: & inter ifos id est deos annumerauit. Iano quoq̄ uortuno templū & statuam non procul urbe dedicauit: & deo razenuo in uetulonia sacellum condidit. Nouissimis annis aurunus malot tagetem filium creauit coritū & xxxv. aralii anno obiit & successit malot tages. Anno penultimo aralii classe uenit ad malot tages.

tē ianigenum razenuū phaeton cum suis: qui inueniens omnia ab aufoniis occupata ab oriente & montana a gallis & aboriginibus possessa: planiciem uero a razenuis ianigenis habitata: donatus fuit parte occidentali: posseditq̄ cum sua posteritate montes & totum eridanum usq̄ in regionē proximam istis relinquens nomina locis. Eo tempore italia in tribus locis arsit multis diebus circa istros cymeos & uesuuios: uocataq̄ sunt a ianigenis illa loca palensana id est regio confragata.

**O**ctauus rex babyloñæ fuit baleus cognomento Xerxes: & regnauit annis. xxx. Hunc appellauerūt Xersem id est uictorē & triūphatorē: q̄ imperauerit duplo plus gētibus q̄ aralius. Erant enī militia ferox & fortunatus: & ppagauit regnū usq̄ prope indos. Huius balei Xerxis tēporibus: regnat apud celtiberos tag? cognomēto orma: ex quo patria dicta fuit taga. Apud tuiscones regnat marsus. & apud lygures phætō relicto filio lygure: regressus est in æthiopiā. Malot tages ritus sacros a iano traditos & aruspicinā auxit.

**N**onus rex babyloñæ armatritis impauit ānis. xxxviii. q̄ magis ad uoluptates & delicias cōuersus: ea quæ ad libidinē spectāt: cū iuenit tū maxime inuēta amplauit. Huius ætate apud celtas lōgo regnauit: & apud celtiberos bætus a quo regnū habuit nomē: & apud ianigenas sicanus filius malot tagetis: a quo cognōiata fuit uetuloniæ regio. Anno. xx. armatritis lygur misit cydnū & eridanū cū coloniis cū fratribus & nepotibus: & occupauerūt usq̄ istrū in italia Sicanus deificauit aretiā: & noiauit eā lingua ianigena horchiā. Osiris in thracia peremit gigantem lygurgum. Anno armatritis. xxxii. apud celtiberos tyrannidē assumpsit Deabus: q̄ hoc cognomētū promeruit a fodinis auri & diuitis: quas primus ibi cepit & inuenit opprimens colonias. Et post duos annos apud celtas regnauit bardus iunior.





**O**ecimns assyriorum rex imperat belochus. annis. xxxv. qui idcirco a belo sumpsit cognomen: quia cum imperium uoluit exercere maximū pontificiū bel iouis: & maxime circa auspicia & diuinationes occupatus fuit. Eius annis apud tuiscones regnauit Gambriuius uir ferocis animi. Apud amathios cœpit regnare macedō filius osiridis: a quo nunc nomen retinet prouincia: atq; circa hoc regnum osiris depressit gigantes: qui iam tyrānidem cœperant. Vigesimo nono huius belochi anno apud celtiberos lomnini floresbant: & ædificauerunt a suo nomine urbem magnam lomnimā. Anno autē sequente itali oppressi a tyrannis gigantibus in tribus palensanis aduocauerunt osirim: qui cum coloniis ad istri uicinos fontes peruenerat. Osiris tota italia positus. x. annis illam tenuit: & a se nominauit in triumphū: & sub dictionis positus gigantibus regem ianigenis reliquit lestrigonē gigantē sibi ex filio neptūno nepotē: Anno. xxxiii. belochi rex Lucus regnare cœpit apud celtas. nouissimis annis belochi. erupit mare acticū: & ebulliens inundauit acticā.

**U**ndecimus rex babiloniis fuit baleus ānis. lii. Hic post semiramidem supra cæteros enituit fama: splenduit imperio usq; intra indiam. Libri multi de eius gestis sunt a nostris conscripti. Huius anno. x. Porcus cados sene insulā cōpleuit uetulonicis coloniis partē relinquēs posteritati liguris. Huius balei tēporibus indi sua obtulerunt babiloniis. Osiris in ægyptū reuersus colūnam quæ permanet inscripsit in monumentū expeditionis suæ per totū orbē. Typhon ægyptius omnibus orbis gigantibus consciis fratrem suū osiridē Iouē iustum ægyptium peremit: & ipse in ægypto assumit tyrannidē. Busiris in phœnicia: in phrygia uero alius typhō in lybia anteus: in celtiberia lomnini: in italia lestrigones: & in toto mari Milinus cretēsis. Hercules osiridis filius cui nomen est libyus: cū iside in ægypto substulit typhonē in phœ-

nicia busiridem: alium uero typhonem in phrygia: milinum in creta: anteam in libya: Lomnimos in celtiberia. a qua substituto illis rege hispalo ad tyrānos italix conuersus est. Cū q; in italiam per celtas transfret: permissu parentum galatea genuit illis galatē regem. In italia decem annis debellauit & expulit lestrigōes postq; xx. annos apud illos pacifice regnauit: multaq; illis oppida a suo noīe & a suo cognomine musarna sicut gedrosiæ & carmanix fundauit: & loca aquis impedita habitationi hominū commoda fecit. Anno itaq; balei. xli. orsus in italia pugna contra gigantes biennio ante illius obitum illos deleuit. Ita ab hispalis hercules uenit in italia: lestrigones & omnes tyrānos substulit. arnos. lybarnos musarnos a se cognominatos cōdidit: trigintaq; annis exiit: & accersitum thuscum illis regem reliquit.

**H**ltadas duodecimus rex babilonius fuit: regnans annis. xxxii. Hic interposuit tempus suum deliciis: existimans uanū esse laboribus: & suæ uitæ miseria cōtinua laborare: non quidē aliorum humanæq; gentis utilitate ac beneficio: sed exitio ac seruitute. Idcirco suum institutū fuit: ut uita diuitiis & gloria aliena stulticia post miseria a se & maiorib; partis sibi frueret quo adiuueret. Huius altadis tēpore Hercules filium thuscum ex araxa susceptū ex tanaide regione euocat. Galates a quo samothei galli dicti eius ætate regnauit apud celtas. & Vandalus apud tuiscones. Hercules thuscū filiū ianigenis creat coritū ex more. Quo etiā illis rege relicto: ipse senex admodū in celtiberos reuertit anno altadis. xxxix. & regnauit ibi atq; obiit: cui celtiberi templū ad illius gades & sepulchrū & diuinos honores tribuerunt: pluri masq; illius triūpho & nomini urbes dedicauerūt: ut lybisonā: lybifocā: lybuncā: lyborā. galateū puerū ad herculē missum in siciliā cū coloniis misit thuscus. idē thuscus prim; palatū militiā & initiamēta razenuos ianigenas docuit.





**T**ertiusdecimus babylonix rex mamit<sup>9</sup> regnavit annis xxx. Is rursus milites exercuit & assuefecit laborib<sup>9</sup>: & interpositis delitiis unguētis & opobalsamis militiā & pugnas exequabatur: cœpitq; formidini esse syris & ægyptiis. Huius anno, xxii. Alteus thusci fili<sup>9</sup> regnat apud ianigenas: & biennio ante hesperus frater kitim apd' celtiberos: rursus apud celtas harbon: & apud tuiscones teutanes.

**Q**uartusdecimus rex babylonis impavit Mancale<sup>9</sup> anis xxx. cui<sup>9</sup> anno primo apd' celtiberos, kitim pulso fratre hespero in italiā: regnavit. Duodecimo uero anno mancalei apd' ianigenas regnat kitim relicto in celtiberis rege filio Si coro. Eiusdē macalai tēporibus apud tuiscones regnat hercules alemānus, apd' celtas lugdus: a quo provincia & homines cognomēta sumpserūt, kitim ob mētis excellētiā ianigenæ sua lingua uocauerūt italū atalaa. Hic filiā suā electrā ianigenorū principi cāboblasconi dedit coniugē: q pro nuptiis colonias misit trans alpes italiæ proximās: & romā filiā suā italus primo sub reginā aboriginibus sacrat, filiū quoq; suū morgetē italus kitim creauit coritum.

**Q**uintusdecimus assyriis imperat spherus annis, xx. uir de cui<sup>9</sup> gestis & prudētia omne uulg<sup>9</sup> psonat. Hui<sup>9</sup> tēporib<sup>9</sup> morges fili<sup>9</sup> itali creauit coritū suū cognatū cāboblasconē: & paulo post idē coritus manexit<sup>9</sup>. Apud celtiberos regnat Sican<sup>9</sup> filius sicori: post obitū spheri sub mamelo.

**S**extusdecimus rex mamelus babylonis imperat annis xxx. cui<sup>9</sup> anno octauo romanessos fili<sup>9</sup> romæ fit p<sup>9</sup>mus subregulus mōtanorū aboriginū: & sican<sup>9</sup> regnat apud celtiberos. Apd' celtas beligius a quo illi beligici appellant<sup>9</sup> regnat & apud ianigenas tandem a patre iasius creatus est coritus. & anno sequēte simul cœperunt duo reges uidelicet primus rex atheniensiu cecrops p<sup>9</sup>scus: & iasius ianigena apud celtas. In iasii nuptiis affuit io ægyptia, sola eni fœminarū uno

plus dodone centenario uixit & uniuersum ferme orbem lustrauit post iuri interitum.

**S**eptimusdecimus rex babyloniorū fuit sparetus: & regnavit annis, xl. Sub eo cœperūt miranda in orbe. Nā terremotus babylonios terruit, Athenienses regnum exorsū sunt anno quarto eius. Et eodē anno iasius ianigena imperauit italicis: & siceleus aliquanto post celtiberis. Sub spareti imperio finierunt ægyptii reges magni orus, acencheres, acoris, & cœpit cencres qui cū hebræis de magica p<sup>9</sup>gnauit: & ab eis submersus fuit. Anno quoq; huius, xxxiiii. & xxxv. in thessalia diluuium fuit: non solū ex hymbribus: sed q obturatis mōtibus casu: flumina planiciē impleuerunt: & subsequēto terremotu apertis ostiis montiū: aquæ in alueos regressæ: & in alia eorū parte post terremotū secutū est incendiū sub quodā illorū rege phætonte: & noster rex phœnices & syros subegit. Antea uero anno, xx. huius iperii ab italia io in ægyptum regreditur & lis prima intestina oritur pro regno inter dardanū & iasū, aborigines sequebātur partes dardani: ianigenæ uero & siculi cum siceleo partes iasii.

**O**ctauusdecimus rex præfuit babylonis Ascatades annis, xli. qui funditus omnē syriā dicionis suæ fecit: cui<sup>9</sup> anno, xlii. uitis inuēta apud græcos narra<sup>9</sup>. Sub eodē anno dardanus iasium dolo peremit: & fugiens in samothraciam diu ibi latuit, iasius coribantus filius successit. Ascatadis anno octauo cācres uictus hebræorū magica periit in mari: cui apud ægyptios successit acherres. Apud celtiberos lufus: apd' celtas allobrox: & apud aborigines italos romanessus filius romæ. Primus saturnus consecratus mox obiit: cui successit filius eius picus p<sup>9</sup>scus. Anno ultimo regis ascatadis: ato donauit dardanum parte agri meonici: & ita regnum troianū cœpit. Dardanus si qua iura in italiæ regno habebat: resignauit turrhoeno filio atus. Turrhoenus adnauigans in ita-





liam ianigenam a cybele & corinbanto tanq̄ ex herculeis hilari hospito exceptus & ciuilitate razenua donatus est. Ipse turrhenus multa meonica ornamenta proferens dedit. coribantus uero & cybele ordinata dynastia duodecim ducum duodecim populorū qui essent ex ianigenis ipsi in phrygiā se contulerunt. Porro etiā sub ascatade apud ægyptios fuere reges cherres & armeus: qui cognominatus est danaus: & rameses cognomēto ægyptus. itaq; qui reges & tempora tradūtur a nostris de primoribus regnis orbis a iani diluuiio primo usq; ad dardaniæ regnum cōditum: his nostris breuissimis annotationibus sint haectenus dicta.

Præfatio in Manethonis historici epitome.

Manethon professione sacerdos. natione ægyptius subsecutus est Berosum in historia chaldaica. Hunc Eusebius in chronicorum uolumine sequitur illū nominatim citans presertim ubi ægyptiorū historiam texit. Iosephus quoq; contra appionem grāmaticum: atq; in primo de antiquitatibus hebraicis uolumine huius testimonio utitur.

**B**erosus inter chaldeos historicos probatior deflorauit breuissimis annotationibus omnia chaldaica de potioribus regnis orbis: a diluuiio maximo qd̄ eorū maiores scribunt fuisse ante ninum usq; ad præcipuū regnum troiæ conditū. Nos quoq; ubi ipse reliquit: prosequemur ea: quæ nobis ex nostris historicis uel eorum relationibus consecuti sumus: per nostros ægyptios reges progrediendo: ut ipse egit sub assyriis.

Manethon ægyptius  
de temporibus incipit.

**A**gyptus eiecto fratre danao regnauit annis. lxxviii. Ab eo ægyptus nomen accepit. pharaones pro dignitate dicebantur. Anno huius quinto regnauit amyntes annis. xlv. Anno sexto regnauit dardanus annis. lxxiiii. Decimo anno danaus argis: annis. l. Anno. xviii. huius regnauit thurren<sup>9</sup> apud ianigenas annis. li. Anno. xxxiii. in creta regnauit asterius. Anno eiusdem. xxxv. apud celtas romus: a quo romā di & biēnio post apud aborigines faunus priscus. apud athenienses pandion. Anno. l. apud assyrios belochus iunior: & anno. lxxvii. apud aborigines imperabat amnis faunigena. Secundus post hūc pharao menophis imperat apud ægyptios annis. xl. cuius secundo anno apud troianos regnat erichthonius annis. xlvi. tarchō priscus apud razenuos ianigenas: qui nunc dicūtur turrheni & tusci ob turrhenū & peritiam diuinorum quæ a iano didicerunt: regnat annis. xxi. Apud celtas paris: Apud celtiberos Testa lybius triton. Anno septimo eiusdē apud assyrios regnat belopares. & minos regnat in creta. Anno uero nonodecimo atheniensibus regnat erichtheus. Anno trigesimo quinto eius apud thuscōs annis quindecim regnat abas: a quo positi sunt abii thusci. Anno eiusdē trigesimo tertio argis regnat abas argus. Anno. xxx. menophis cadmus & phœnix a mari rubro profecti apud sidonem regnauerunt. post septenniū cadmus docuit rudem grāciam: & regnauit thebis. Apud assyrios regnauit lamprides. & ultimo eius anno zetus & amphio expulerūt cadmum. Post menophim cœpta est dynastia larthum ut in italia: quæ dynastia durauit annis solarib<sup>9</sup>. c. xciiii. Horū larthū in ægypto primus fuit zetus: qui regnauit annis. lv. Cuius anno octauo in dardania regnauit tros: in thuscia uero anno hui<sup>9</sup>. xxxiii. regnauit annis. xxxviii. Veibenus ex fa





Manethon

milia ueituloniæ. Primo quoq; anno zeti regnauit apud celtas lemannus. xxxii. anno apud aborigines mars italus cognomento ianus iunior. Anno eiusdem. xxxv. apud celtiberos romus regnauit. Secundus larthes ægyptius fuit ranfes annis lxxvi. Anno eius. xxiiii. assyriis imperat pannias. Eiusdem anno. xxviii. Atheniensibus regnat ægeus. Cadmus armoniã sororem iasii samothracis ducit uxorem. olbius regnat apud celtas. Anno. lx. Cadmus ex zelotypia primæ uxoris ob armoniam discrimẽ certamẽq; patitur. Eiusdem anno. xxiii. Cæculus cognomento saturnus iunior regnat apud aborigines: & tertio anno post apud turrhenos regnat oscus: cuius insigne fuit serpens. Hic ex uetulonia multas colonias seminauit: apud quã erat oriundus magna familia. Anno eius xiii. ilus regnauit apud troianos. lii. annis. Palatuus apud celtiberos. Apud celtas galates iunior: qui uicit sarmatas & condidit galatas asix. Anno eiusdem. xlvii. picus iunior fit rex aboriginib;. Apud thuscos regnat tarcho secundus annis. xliiii. post picum. Anno penultimo ranisis apud celtas regnauit nanus. Tertius larthes ægyptius amenophis annis. xl. regnat & imperat: cuius anno primo laomedon imperauit troia. Anno uero tertio sofarmus regnat assyriis: & hercules amphitrionis nascitur anno. vi. uixitq; annis. lii. & periit igne: primus ex maximis piratis. Anno amenophis. xiiii. apud aborigines regnat faunus iunior. Anno. xxix. thuscis imperat thyberinus ex familia ueia uetuloniæ annis. xxxv. Quartus ægyptiis imperauit ammenephus annis. xxvii. cuius anno. iiii. apud celtas regnat rhemus a quo rhemi. Anno nono eius apud assyrios regnauit tautanes: & anno. xvi. apud aborigines latinus: apud thuscos autẽ regnat mezentius. Secutus est ultimus larthes septem annis: post quem secuta est dynastia sine larthe annis centum septuaginta septem: per quam numerabimus qui babylonii: ægyptii & turrheni floruerunt.

Manetbon

Anno dynastiæ diapolitanorum primo troia euerfa fuit: & anno tertio æneas uenit ad italiam ad latinum & euadrum & turrhenos: apud quos regnauit tarchon iunior annis. xx. Anno. vii. ascanius latinis imperat. Anno uero sequente teuteus assyriis. & post francus celtis ex hectoris filiis: & anno eodem lydi mare obtinuerunt. Anno. xlii. amazones templum dianæ ephesi succederunt. Anno. xlvii. ocnus imperauit italiæ annis xlvii. uixit annis. xcvi. &. xlix. Siluius latinis: & tyneus assyriis. Anno. xlv. dynastie regnauit latinis æneas filius. & assyriis dercyllus anno. xlvii. At. lxxii. thuscis imperat pipinus annis quinquaginta duobus. Anno. cviii. regnat latinis filius latinus: & cxxi. eupales assyriis. Anno. clviii. alba latinis regnat: et. cxxviii. nicias fesulanus thuscis annis. xlvii. Anno. clxvi. piseus thuscus pirata imperat italiæ annis. lii. Ita paulatim assyrii ægyptii: turrheni deliciis eneruati decrescunt: e contrario latini crescunt. itaq; subiiciemus breuiloquium quo pacto reges assyriorum: ægyptiorum ceperunt eneruari: e contrario grecorum & latinorum aboriginum. Apud enim thuscos piseo successit thuscus iunior annis triginta noue. Huic annis. xxv. quem secutus est felfinus annis triginta tribus. Hinc bon annis uiginti octo. Atrius uiginti septem. Marsi as decem & octo. Ethalus triginta. Celius uiginti & uno. ex latinis autẽ secuti sunt: per quos propagati romani imperium tenent.

Finis.

Præfatio in metasthenen.

Metasthenes natione persæ ut ex titulo apparet: librum de iudicio siue cæsura temporum scripsit: Hic petrus comestor quæscholasticam historiã scripsit latine in libro danielis prophete citat sub mēdoso indice. Megasthenes inquit in libro iudiciorum pro eo quod esse debuit metasthenes in libro iudiciorum siue cæsurae temporum. Nam alius fuit megasthenes autor grecus.





Metasthenes Persa  
de temporibus.

**Q**ui de temporibus scribere parant: necesse est illos non solo auditu & opinione chronographiam scribere: ne cum per opiniones scribunt uti græci: cum ipsis pariter & se & alios decipiant: & per omnem uitam aberrēt. Verum absque ullo errore fiet: si solos annales duarum monarchiarum assecuti cæteros omnes ut fabulatores reiecerimus. in his enim tā liquide atque uere digesta sunt tempora reges & nomina: quæ apud eos splendidissime regnatum est. Neque tamē omnes recipiendi sunt qui de his regibus scribunt: sed solum sacerdotes illius regni: penes quos est publica & probata fides annaliū suorū: qualis est berofus. Nā is chaldeus omne tempus assyriorum digessit ex antiquorum annalibus quæ solū uel maxime unum persæ nunc sequimur. Is ergo tradit anteninum ducentis & quadraginta nouē annis regnatum fuisse sub tribus diis regibus: quorum qui primus uniuerso imperauit orbi fuit ogyges: qui præfuit inundationi terrarū. Inde saturnus fundata babylonia regnauit annis sex & quinquaginta. Belus iuppiter eius filius duobus & sexaginta. Ninus eius filius primus monarchiā cœpit: annis quinquaginta duobus. Semiramis quadraginta duobus. Zameis annis triginta octo. Arius triginta. Aralius quadraginta. Xerxes balus triginta. Armatrites triginta octo. Belochus priscus quinque & triginta. Balus iunior duo & quinquaginta. Altadas duo & triginta. Mamertus triginta. Mancalus triginta. Spherus uiginti. Mamelus triginta. Sparetus quadraginta. Ascata des quadraginta. Amyntes quinque & quadraginta. Belochus iunior quinque & uiginti. Bellepares triginta. Lamprides triginta duo. Sofares uiginti. Lampares triginta. Pannias quinque & quadraginta. Sofarmus decem & nouem. Mytreus uiginti septē. Tautaninus triginta duo. Teuteus quadraginta. Tyneus triginta.

Metasthenes

Dercylus quadraginta. eupales triginta octo. laosthenes quadraginta quinque. Pyrithydias triginta. Ophrateus uiginti. Ophraganeus quinquaginta. Ascrazapes quadraginta duo. Tonoscocoleros. xv. Hunc græci sardanapallum uocāt. Huc usque berofus. Nos autē illū imitati nullo alio auctore usi sumus: quæ publica susiana bibliotheca: in qua annales persarum ferunt fuisse belochū tertium sardanapalli clandestinum hostem: qui eius militiæ præfectus erat. Is cum arbace tum medorum principe partitus est monarchiam ea lege: ut belochus babyloniam arbaces mediam atque persas regeret. Itaque interfecto & ex seipso flammis in iecto sardanapallo monarchia bipartita fuit. Apud medos in ea hi regnauerunt annis quatuor & trecentis. Arbaces uiginti octo. Mandanes quinquaginta. Sofarmo triginta. Arti carmin quinquaginta. Arbianes duo & uiginti. Arceus. xl. Artines uiginti duo. Astybarus cum apanda filio uiginti. Apanda solus triginta. Hoccyrus & darius deuicto regnauerunt annis triginta sex. nam ante reunitam monarchiam regnauerunt in perside annis sex. Inde alius sex persico regno resignato cambysi filio sexennale bellum tamyri reginæ scytharum intulerunt. Sexto anno a babyloniis euocati atque baltassare interfecto reunitam monarchiam in persas transtulerunt. Totidem annis in bipartita monarchia regnatum est apud babylonios. Primus phul belochus. annis quadraginta octo. Phul assar uiginti quinque. Salmanassar decem & septem. Sēnacherib septem. Assar ad decem. Merodach duo & quinquaginta. Ben merodach uiginti uno. Nabuchdonosor primus triginta quinque. Nabuchdonosor magnus quinque & quadraginta. Amilius euilmerodach triginta. Filius huius primus regassar tribus. Secundus labassar dach sex. Tertius baltassar quinque. Baltassare interfecto regnauerunt simul cyrus & darius annis duobus. inde solus cyrus duobus & uiginti. Filius darii priscus artaxer





## Myrsilus

ses asuerus annis uiginti: ultione interea sumpta de factione tamyrice: quæ per dolum patruū tradiderat tamyræ. Huius duo filii, cyrus artabanes & darius longimannus: septē mensibus pro imperio dimicarunt: & septimo mense longimannus uictoria cessit: regnauitq; annis septem & triginta. Eius filius darius nothos annis decem & nouē, magnus artaxerxes dari' meneon ānis quinquēginta quinq;. artaxerxes ochus sex & uiginti, nostra ætate arses annis quattuor, darius ultimus sex, magnus alexander qui transtulit imperiū in græcos annis duodecim, Seleucus nicanor qui nunc agit trigesimū annum: successit toti asiæ ac syriæ.

### In myrsilun præfatio.

Myrsilus patria lesbios professione historicus scripsit de origine turrhenorū & aliorū qui italiam incolere. Videtur autē dionysius halicarnassens hūc sequi: aut hic dionysium: aut uterq; unū quendā tertiū historicū. Noster nāq; italiam dicit principio aggressis habitata præter turrhenos. Dionysius uero turrhenos non excludit.

### Myrsilus de antiquitate italiæ.

**I**taliam coluere græci: arcades: ueneti: lygures: ardeates. rutuli: siculi: pelasgi: iapiges: lacedæmones: salentini: pelii: eniani: achæi: oropite: pilii: pisi: & eiuscemodi. Horum primus œnotrius arcas cum peucino fratre colonias transportauit: ubi habitabant tunc dicti aufones: ubi nunc œnotria regio est e regiōe peucinorū. Hæc fertur prima colonia ex græcis paulominus quindécim ætatibus ante ruinas troiæ. Turrhenis originem quidē suspicantur fuisse a lydis. Existimāt enī atū regi meonie prognato herculis & uirginis omphales filix iardanæ reginæ mæonum fuisse geminos lydū & tur-

## Myrsilius

rhenum. Cum regnum neq; duos caperet: & neq; terræ fertilitas ingentē multitudinem pateretur: sorte ato iacta: lydum successorē designauit: turrhenū uero cū maiore parte populi ad quærendas nouas sedes foras abire iussit. Is in septentrionalem thyberis partem ueniens: eiusq; totā medietatē a fontibus usq; ad locū ubi erat prisca umbris habitatio tenuit: & cū eis cōsedit & cohabitauit & urbes dictas hætenus mæonias & turrhenias ædificauit. Sed hi aperta mēdacia fingūt. Nā de gentis antiquitate & origine magis creditur ipsi gēti atq; uicinis: q̄ remotis & externis. Magis igitur creditur ipsis lydis & turrhenis atq; his uicinis romanis: & qui cōsentiunt in eorum patria historia & origine: q̄ quibusuis aliis quis alias eruditissimis. Cæterū quæcūq; hi patrii historici dicunt: aduersantur supradictæ traditioni de turrheno mæone. Et enim xanthus lydus in patria historia nullū turrhenū atq; fuisse scribit: sed geminos lydum & torebū: a quibus lydos & torebos in asia populos esse tradit: in nullo penitus differentes nisi quadam prolatiōe: & quidē parua ut dores & actici. Quis ergo ex lydis historicis turrhenū filium atus & fratrem lydi misit in primā medietatem thyberis: ubi antiquissimis umbris fuit prisca habitatio? Quin etiā si quid tradit de bello pelasgico xanthus asserit pelasgos antiquiores atū aggressos bello thusciam: quæ quondā umbria dicta est occupasse crotonē: inde thyberinam regionem inuadentes etiā ipsam turrhenā cœpisse: & cū turrhenis cohabitasse: & ab eis plurimā militarem peritiā didicisse præcipue nauticā: qua tunc toti orbi erāt admirabiles: de quib' fabulant græci: q̄ in delphinos uersi sunt qui nauibus alludunt: & his focii fiūt. Re enī uera tūc delphini ob pyriticā simul & dominiū maris dicebant. Erant enī classe potentes: & undiq; colonias trasportabant. Argumento sunt qui turrheni dicuntur in insulis acticis & faucibus thraciæ. Nāq; turrhena simul lingua: & cum





quibus habitant loquuntur: & eosdem deos ut turrheni colunt & eisdem litteris utuntur. Quare non possunt dici ab aliquo atus filio: qui ante atum pelasgumque regem inueniuntur dicti turrheni: & multarum coloniarum auctores eodem nomine atque ritu ante atum prescriptarum. Hæc a lydis didicimus. Nunc quid de se turrheni dicant: est inferendum. Primum rident se ab aliquo aduena denominatos: quod se solos indigenas in italia existimant: atque a uetustissimi dei sui quem ianum uadymonna uocant filio razenua nominant. Tetrapolim quoque suam hetursiam eiusdem partem boltursenam: betulonia tusfam: & harbanum cognomine calumbum a luco nuncupant: eaque a suo deo aureo sæculo mox post inundationem terrarum nedum ante atum conditam asserunt. Nam & ab inundatione ipsa suum agrum sua patria lingua uocant saleumbrone: ubi primum geniti umbri. Producent quoque suæ uetustatis uestigia multa: ut deos: ritus: mores: litteras: leges. Quæ profecto omnia congruunt iis quæ probatiores greci historici tradunt. Scribunt enim solos turrhenos in italia uetustissimos esse: qui neque ab aliis pendunt origine: neque ut cæteri conueniunt & adueniunt: sed propria regione se oriundos: quando quidem uetustissimi differunt deis & moribus nedum ab aliis italiæ populis: sed etiam a uicinis crotonensibus & perusinis a fronte & apximis phaliscis atergo: quos inter medii iacet. Nam cum cæcis thuscis dii dæque sunt iuppiter & iuno: soli turrheni colunt ianum & uestam: quos lingua sua uocant ianib uadymonna: & labith horchiam. Ipsi quoque romani fatentur hetruscos esse uetustissimos: & aureo sæculo natos: a quibus aras: ritus: diuinationes: colonias & disciplinas habuit prisca italia initio sumpto a prima eorum tetrapoli dicta hetruria a qua illos romani hetruscos cognominant. Non est igitur ad uersariis ulla uia qua probent eos turrhenos a filio atus habere uel nomen uel originem: sed id nomen desumpsisse a tur-

sibus: quia ipsi surses & sursenas si sunt urbes potifficæ: & turses ac tursenas. Quod si etiam ad hos uenit torebus filius atus: utique non ab eo aduena nominati sunt turrheni indigenæ: sed econtrario ab eis torebus fuit cognominatus turrhenus a grecis. Igitur & si totam italiam coluerint greci: ut nostri tradunt: ex ipsis tamen lydis & turrhenis uicinisque romanis falsa esse ostendimus: quæ contraria his de turrhenis multi ut diximus conscripserunt.

In Xenophontem præfatio.

An xenophon hic sit ille socraticus: cuius prædia cyri & compluscula opera exstant: an sit alius ex iis quos numerat Lærtius: non ausim affirmare: quo ad ueniat alter: qui nobis hæc æquiocationis ambiguitatem tollat: quæ admodum ipse de quibusdam rebus in hoc substulit. Illud certum est inter xenophontis socratici opuscula hoc non inueniri. Sed quicumque tandem is sit multas quæstiones hoc suo labore nobis explicauit.

Xenophon de equiuocis.

**S**aturni dicuntur familiarum nobilium regum: qui urbes condiderunt: senissimi. Primogeniti eorum ioues & iunones. Hercules uero nepotes eorum fortissimi. Patres saturnorum cæli: uxores rheæ & cælorum uestæ. Quot ergo saturni: tot cæli: uestæ: rheæ: iunones: ioues: hercules: Idem quoque qui unis populis est hercules: alteris est iuppiter. Nam ninus quoque caldeis extitit hercules: fuit assyriis iuppiter: quibus oppidulum paternum tetrapolim & caput imperii statuit. Unde ipsum ninum id est iouem cognominauerunt: qui proprio nomine assyrius dicebatur a quo assyrii dicti. & a cognomine urbs ninus dicta.

**P**horonei plures: sed in precio habiti duo. Antiquissimus claruit primo anno nini in parte hellenica: quæ post grecia dicebatur. Iunior secundus rex argiuorum filius inachi: inter quem & priscum fuere decem ætates & amplius.





**A**Tas apud diuersos diuersa metit spatia: quia apud ægyptios spatium triginta annorum perficitur: & apud græcos quartam centenarii partem id est annos quinque ac uiginti continet. Annus etiam diuersus est. etenim ipsi ægyptii utuntur anno quodque menstruo: sæpe bimestri: non raro trimestri. sæpe quadrimestri non uero solari. quæ uarietates etiam ex nostris qui ab eis litteras habuerunt: sapientes coegit aberrare. Iberis annus quadrimestris ut plurimum est: rarissime solaris. e contrario chaldæi cum in antiquitate disciplinarum suarum utantur menstruo: in cæteris semper solarem se intelligere fatentur. Et hoc pacto semper: quo semiramis in columna nino ita excidit. Mihi pater iuppiter belus. auus saturnus babylonicus. proauus cus saturnus æthiops. Abauus saturnus ægyptius. attauus cœlus phoenix ogyges. Ab ogyge ad meum auum sol orbem suum circumstrauit semel ac tricentis & centies. ab auo ad patrem: sexies & quinquages. a patre ad me bis & sexages. Columna: templum: statuam ioui bello socero & matri rheæ. In hoc olympo semiramis dicauit.

**O**lympus plura significat. Nam omnis mos regionis altior olympus a græcis dicitur. unde & plures olympi dicti quasi toti olympidi. A barbaris uero omne spatium circulare ultimum olympus dictus est: & cum interiori area olympus a quo astrolabum olympus: & sacrum pomerium olympus est. Homeri plures fuere: quorum qui eximi poetarum extitit: ultimus omnium: postquam thales milesium inuenit. Nini plures fuere. primus omnium assyrius: quem ab ampliato oppido patris uocauerunt uinum id est iouem lingua assyrica. huius filius zameis etiam ninus paterno cognomine appellatus fuit. Ogyges plures fuere. primus supradictus atauus nini: quem babylonii galilum cognominant: quod in inundatione etiam superstes alios eripuerit & genuerit. Hinc sagæ apud quos nauigio saluatus est & ereptus: ratem uocant gallerim quod undis saluet, uerum græca

lingua gallus candidum & lacteum significat. phrygia exectum testibus: latina gallinæ maritum: & celtas: qui sunt galatæ ueteres: a rege galante filio herculis a quibus galatæ in asia: & gallogræci in europa. Fuit autem priscus ogyges in prima inundatione terrarum. alter uero acticus in tertia.

**I**nundationes plures fuere. Prima nouimestris inundatio terrarum sub prisco ogyge. Secunda niliaca mensura sub ægyptiis Hercule ac prometheo. Bimestris autem sub ogyge actico in achaia. Trimestris thessalica sub deucalione. Par pharonica sub proteo ægyptio in raptu helenæ. Ab inundatione terrarum ad ortum deucalionis secundo anno spheri septingenti supputantur anni: qui natus annos duos & octoginta thessaliam ubi primum in hellena regnauit phoroneus uidit inundatam.

**P**rotei fuerunt plures. Primus saga in caspiis. Alter ægyptius: sub quo diluuium pharonicum. erat enim sacerdos proteus magni phœnicis: cui consensu totius orbis templa statuarum & aræ dicatae sunt in europa asia & ægypto.

**A**dmi fuere plures. Primus frater phœnicis paulo post conditionem troiæ: qui ambo apud sidona regnarunt. A phœnice quidem tota regio nomen accepit: quæ est a sidone ad iamineum portum ascalonis urbis semiramidis: uicinum monti tetrapolis atque gymnasii ueteris phœnicum: cum omnis ante assyria diceretur. Paulo post fuit alius cadmus argiuus: qui post exilium a phœnicia reuersus in boetiam thebas condidit. Tertium qui in eadem urbe tyrannidem assumpserat: propulsauerunt linus & zetis. Quartus cum sparthis bellum gessit. Quintus paulo ante ruinas troiæ armonia samothraca indytus: qui a prisca uxore ob armoniam certamen passus rediens a phœnicia detulit in græciam primus sexdecim numero lras rudes non phœnicas: sed galatarum





## Sempronius

& meonū p̄similes caracteribus. Residuas retulerunt paulo post palamedes & simonides melicus. Fuit & ultimus: qui scribere docuit oratione soluta: cum ante litteras aduectas atq; post uernaculo solum carmine uterentur.

### In. C. sempronium præfatio.

Sempronius historicus non alia re magis celebratur: quā qd̄ dionysius halicarnassens in primo romanarū antiquitatum uolumine meminit illius duob; in locis. Primo de prima classe quæ uenit in italiā: atq; iterū de expositione geminorum romuli & remi. Descripsit italiā diuidens illā in tres partes: in montes apœninos qui mediam distinguūt italiā & in partem cis apœninā ad inferum mare: & transapœninā ad mare superū.

### Sempronius de italiæ descriptione

**U**niuersa italia a iugis alpiū oritur: & in leucopetrā fretū atq; siculū terminatur. Cingitur supero & infero mari: & secant apœnino: qui a iugis alpiū ortus per mediā italiā a lyguribus ad anconā porrectus inde paulatim usq; uenustiam reflexus: ibi ex transuerso diuidit italiā: ex altera parte brundisium: altera ueliam attingens circū sinū tarentinū. Quo ausones primū inde aborigines græci post œnotriū arcadē tenerē: a quibus magna græcia nuncupatur: in qua sunt œnotrii calabres salētini. magna græcia atq; brutii. Porro antiquitus italia in mediū apœninū: & in cisapœninū ad inferū mare: & in transapœninū ad superum pelagus: & in alpes a netiis ad lygures diuidebatur.

**A**lpes ipsæ trib; partitionibus secant. Prima lygurū q; ab eis oriant a nicea ad poeninū. sequēs ab eo ad ocrā montē. poeninus dictus a transitu hannibalis. tertia taurisana usq; in histriam. omnibus alpinis exceptis lyguribus notissima origo hetrusca est: præcipue rhoetiis.

## Fabius pictor

**P**œninus diuiditur in lygures montanos. apuanos. umbros: sabinos: fabellos: hetruscos. Lygures dicti sūt a lygure phætonis filio qui omnium primus multis sæculis ante græcos ex actica colonias in italiā transportauit: ad iecitq; atq; miscuit antiquissimis italiæ populis ab ostiis thyberinis usq; niceam. Hinc ueteres omnē maritimā dixerunt lyguriā. Itaq; pars apœninia nicea ad fontes macræ lygures montanos alit: quibus origo est a genio & lygure. A fontibus uero macræ ad fontes thyberis apœninum colunt lygures apuani: hetruscis orti: cognomine ueteribus gallis: ut. M. Antonius prodit. Portionem uero apœnini a fontibus thyberis ad nar inhabitant umbri: prima ueterum gallorū proles: ut augustus scribit. Ab amne uero nare usq; ad fontes silaris montes tenent sabini: quibus saga est origo. Nā sangni gentilis sabi fuit. Hi paulo ante ruinas troiæ disciplinas hetruscas didicere: & ius diuinū & humanū a megale turrheno perceperunt. Rursum a fontibus silaris ad fontes uolturrheni & farni sabelli proles sabinorum incolunt: quos romani samnites: græci uero faunites uocant. Portionem uero apœnini a fontibus farni usq; ad magnā græciā thusci tenuerūt: & residuam græci. hactenus de diuisione apœnini & alpiū & origine habitantium in eo.

**Q**uis apœninā italiā flumina diuidūt: & itidem transapœninā. Padus amnis galliam cisalpinā primo discreuit. cisapadanā omnē missis coloniis tenere thusci. Doria thuscorum prima familia incoluit principio ab asca colonia usq; parmā: a qua & fluuius doria: & regio prius doria nūc æmilia. A parma item ad bononiam bianora a duce: nunc aurelia. Flaminia item a bononia ad rubiconem amnem: antea felsina a principe hetruriæ: missis coloniis lamonibus. A rubicone ad anconā senonum gallia togata dicitur: ab iis qui duce arunte primi in italiā transcenderunt alpes: a quibus





## Sempronius

senfim pulsi hetrusci a cispadana & transpadana regione: quæ nunc gallia nomen habet. Et quidem omnem transpadanã regionẽ thuscorũ prolem fuisse inter omnes auctores cõuenit: manẽtq; uestigia urbs mantua. Lacus hetrusca origine dict' larius: q; a patriciis uulturenis omnia ea loca principio possessa fuerũt usq; ueronã. hinc circa lariũ lacũ a principibus dicta uallis uulturrena & uerona: a uera thuscorũ familia: & ab atria eorundẽ colonia fluuius ueronæ argumẽta seruãti. nam usq; atrianũ fluuiũ qui limes est uolturrenorũ & uenetiarũ: tenuere hetrusci: & uenetias principio quidem phætonti: postea troiani eisdẽ mixti coluerũt. hæc de transapœnina italia & apœnino môte inter auctores conueniũt.

## De cisapœnina italia.

Iam erposuit sempronius de italiæ alpibus de apœnino de transapœnina italia præcipue gallicana: nũc reuertitur ad cisapœninã ad inferum mare percurrentes quæcũq; regiones apœnino inferius subiacent usq; ad urbẽ romã. Ex quo patet q; intetio sempronii est ad latiũ festinare: & quo omine roma tam ualidas opes hetruscorũ & gallorũ: umbrorum: samnitũ & græcorũ senfim fregerit ostẽdere. itaq; hæc dicit.

Cisapœnina uero ad inferum mare ueteres ita partiti sunt p amnes. a nicea enim ad macram tenent lygures montani origine phætontei. a macra item ad arnum & portum lygurnũ incolunt hetrusci cognomine lygures apuani: quos sequunt' lygures hetrusci populonii a lygurno portu ad caput hetrusciæ: a quo ad thyberim sunt hetrusci lygures turrheni in quibus sunt campi cõpluti lapidũ clari pugna herculis: adhuc lamones dicti: ab ipsius herculis filio lamone. pari forma ab ultima italia in thyberim romãq; percurrente a uelia ad sila-

## Fabius pictor

rum fluuium lucani a samnitum duce lucio orti tenet. ab eo ad farnũ amne picentini habent. a farno uero ad uolturnum fluuium incoluerunt cumani: quos ab agro nullis uiribus hetrusci quis toti italiæ imperitarẽt potuerũt dimouere: aut in potestate redigere. a uolturno amne ad silarim hetruscorum uetustissimus ager fuit: in quo prius oscam dictam: postea capuam condiderunt. a lyri autẽ usq; thyberim saturnus cũ priscis aboriginibus fuit origo ab umbris & camefenis editis: ubi est mons capitolinus aureo sæculo a saturno habitatus: ubi & nunc aurea roma terrarum caput. Quã ob rem parum considerate quidam scribunt romam postremis ac nouis sæculis a romulo conditã: & appellatã atq; cõceptam: cum nullum ex his tribus uerũ apud maiores inueniatur memoratum: sed sint ab eis contraria prodita. non enim roma a romulo nomen habet: quippe quia geminos non remus & romulus nomina posuit faustulus hetruscus & regius pastor: sed rumulum & rumen illos ab euentu appellauit: quæ sunt nomina hetrusca. Alioqui romæ nomen & nominis origo uulgata esset atq; manifesta: quæ occulta esse saluberrima religio sanxit: ne si origo nominis romæ claresceret: eius deus in cuius tutela roma est & a quo deriuationem habet: gentibus pateret: & euocaretur ut cæteri. Quam ob rem & angærona silentii dea ante iani festos dies colitur præ foribus: ut ne cui liceat illud palam efferre: quod ad salutem rei publicæ ueteres ore obsignato intra pectoris arcana uoluerunt contineri: cuius uiolatæ religionis pœnas prim' luit foranus. nõ igit' a romulo roma: sed econtrario ab ipsa poti' roma cuius adeo est occulta deriuatio: romulus nomẽ habuit: quæ ante ipsũ romulũ cõcepta legi' coli anis paulomin' octingẽtis ab italo in auëtina capena: & filia ei' roma in palatino colle: & añ hos plus q; trecẽtis anis aureo sæculo a saturno: ubi nũc saturni ædes ad radices capitolini collis, at romul' solũ ex oppi-





## Sempronius

dulo roma in palatino colle quadratam & regiam reddidit: cuius quattuor portiones erāt. roma uellia. germallia ubi fic<sup>9</sup> ruminalis & ædes rumuli: a dei occulta deriuatione postmodū romuli. Cōdidit autē eam accitis amicis uatibus hetruscis qui fossa ubi caput erti tauri est pomerioq; ad prudētis uatis auspiciū sacris circum palatinum collem sacro aratro cingi iussit. xi. kl̄as maias hora inter secundā & tertiam: sole in tauro: luna in libra: saturno: uenere: marte: mercurio in scorpione: & ioue in piscibus: ut tradit. L. carrutius mathematicorū peritissimus. Sunt qui tradant illam conditam. xii. olympiade. Placet aliis octaua. septima quibusdam. sexta completa nonnullis. præualet omnibus his eratosthenis inuicta regula ut aiunt. sed cum pomponius acticus coram senatu atq; doctissimis uiris conferret græcorum certissima tempora cōpertum est: q̄ ab ænea & troia excisa per tempora regum latinorum usq; ad romulum regem iam creatum: fluxerūt anni circiter triginti & quattuorcenti. Quare haud dubie condita est roma olympiade septima aut eius anno secundo. Cōdita autē fuit primū in monte palatino. Inde sabinis & thuscis in foedera coeuntibus: incoluerunt sabini quidem capitoliū & quirinalem: in quo numa postea habitauit. Romulus & rumnenses exquilinum palatinum & cœliū. Thusci luceres uiminalem & subsidentem cōuallē usq; ad ædē saturni & radices capitoli. Rumo fratri auētinus ætate romuli mansit. Hæc sunt uere tam priscae italiæ quā urbis romæ antiquitates & origines: quibus quoniam plures græci postremis temporibus in italiā commigrantes commixti fuerunt: ob id a se principio emanasse italiā falso existimauit græca tum leuitas tum fabulositas. Quis enim ex antiquissimis non scribit a iano ianiculum: & Hetrusco ueteres gallos conditos: Et tamen plures græcorum tradunt a Turtheno lydo qui fuit nuper & heri positos. Quin etiam & tur

## Fabius pictor

renam thuscorum regiam non puduit eos romam asserere. tanta uidelicet imprudentia cum eorum iactantia est: ut omnium gentium & imperiorum atq; urbium præclarissimarū se conditores esse apertis sæpe mendaciis conscribant.

### In Fabium pictorem præfatio.

Quintus Fabius pictor illustris familia Fabia: & bonarū disciplinarū gloria: ut qui etiam a nobilissimis auctoribus in testimonium aduocetur: de aureo sæculo: quo sub iano & saturno & cameſe roma cœpit: Itemq; de forma regionis septem collium & origine romæ hoc opus edidit: ad modum necessarium quibus antiquitas italiq; atq; romæ curæ sit. Diuiditur autē in duos libellos. In primo originem romæ tradit ab aureo sæculo usq; ad romulū. In secūdo quæ fuerunt sub romulo. Primus libellus duas habet partes. Prima de aureo sæculo. Secūda de forma septem collium regionis prisca tractat.

### Fabius pictor de antiquitate romanorū.

**T**aliæ imperium penes duos populos principes extitit. posterius romani principio thusci sub iano cœperūt in aureo sæculo. Aurea ætas primo ortu generis humani fuit sic dicta: q̄ posterioribus sæculis cōparata: æque atq; aurum inter metalla effulsit. Eam cœpisse sub ogyge ante ninum annis circiter ducentis & quinquaginta: xenophon atq; maiores prodiderunt. Is ianus sub initium aurei sæculi leuim latus thyberis hetruriæ tenuit. Cameſes uero ac saturnus circa finem eiusdem ætatis dextrum incoluerunt. Ea ætate nulla erat monarchia: quia mortalibus pectoribus nondum hæserat ulla regnandi cupiditas. principes quia iusti erant & reli





gionibus dediti iure habiti dii & dicti, non enim arbitria il-  
lorū ab æquo uel populus a iure innato discedebāt, nullo tūc  
uindice aut metu: sed sua sponte retinebant fidem & rectū.  
pudor ipse regebat populos & ius principes, domus illis nō  
extractæ uel ornatae luxuriaq; insignes erant & splendidæ:  
sed uel crypte aut uiminum tuguria & caua arborum ligna  
erant, uictum sponte nascentia præbebant: aut in diē uictus  
quærebatur uenatu, uinū & far primus illis docuit ianus ad  
sacrificia & religionē magis q̄ ad esum & potū. Primus enī  
aras & pomeria & sacra docuit: & ob id illi in omni sacrifi-  
cio ppetua præfacio præmittitur: farq; illi ac uinum primo  
prælibatur, uxor illi fuit uesta quæ prima sacrorū regina sem-  
piternum sacrificiorum ignem uirginibus credidit, bella tūc  
nō ignota modo: sed ne cogitata in mentē uenerant. Ad pu-  
dore & sanctimoniā domorum primus ualuas: seras & cla-  
ues excogitauit & inuenit: & ab eo dictæ ianuæ. olympo re-  
gio heturrie fanoq; sacratio: duodenis coloniis totidē pome-  
ria arasq; sacrauit: & ad continendū recētes tum colonias in  
officio aureo uirgas fascesq; singulis singulas dedit, unde  
ipse in manu uirgam & clauē subq; pedibus bis senas aras  
habet, circa finem aurei sæculi: primus omniū ninus rex assy-  
riorum hos aureos mores noua regnandi cupiditate muta-  
uit: & primus limites trāsgressus bella finitimis mouit: & to-  
tius asiæ populos perdomuit: sub quo camefes præfectus fu-  
it aboriginibus. Et paulo post frementibus undiq; contra se  
armis: toto prius pererrato orbe saturnus ad ianum se contu-  
lit. Eum comi hospitio ianus receptū latio & aboriginibus  
præfecit & more: quāuis tunc finientis aurei sæculi intra fi-  
nes suos sese quisq; continuit: ianus in hetruria & saturnus  
in latio: thyberimq; fines imperii esse instituit. Intra enī su-  
am cuiq; patriam tunc de more regnum finiebatur. Limes  
igitur erat inter eos thyberis: aræ uero limitum erant ianicu-

lum & saturnia capitolina, hetruriā a ianiculo ianus: latium  
a saturno saturnus cognominauit, ad radices enim capitolii  
saturnus condiderat: uti ianus ianiculum, hæc igitur fuit pri-  
ma romæ origo ad radices capitolii: ubi tunc pascua bobus  
erāt, facies tūc agri huius instar arcus erat: cuius chorda esset  
aluieus thyberis, cornua ad solis quidem ortū rupes auētina  
& ad occasum capitolina, media palatina. Eadē palatina ru-  
pes thyberim a fronte prospicit: a sinistris coelio: a dextris ex-  
quilino iungitur, Auentinus item a fronte thyberim & cape-  
nam tenet: ad dextram coeliolo ac uiminali hæret, Capitoli-  
um ante se thyberim & portam carmentalem cernit: hæret il-  
li quirinalis, Has rupes antiqui septem colles & septem mō-  
tes appellauerunt. Area huius arcus est quicquid campi iacet  
inter auentinum & capitolium: & a palatio ad thyberim, ly-  
bissus antea: inde argeus: post uicus thuscus dicitur, Paludes  
plures eo passim thyberina inundatio efficiebat: quæ hāc are-  
am non satis idoneam habitationi reddebant: anteq̄ factis  
uertunno sacrificiis in alueum suum thyberis uerteretur, Pri-  
ma igitur origo romæ fuit collis capitolinus: antea saturnia  
dictus. Sequēs hunc auentinus fuit habitatus ab atlante ita-  
lo e sicilia aduecto eo contra fratrem suum hesperum: in cu-  
ius tutela erat hetruriæ imperium adhuc iano puero & im-  
mature ad munera regia & regni. Porro italus dimicare a ia-  
no & hetruscis prohibitus in auentino confedit: ad cuius ra-  
dices iuxta thyberim: ope atq; consilio iani capenam oppi-  
dulum condidit: & regionem eius permissu italiam dixit,  
mox hespero fratre rebus humanis exempto: italus in tutelā  
ianū & hetruriā suscipiens: omnē circa thyberim regionē ex-  
tinctis ultro citroq; aliis cognominib; a se italiā nūcupauit,  
Hæc ē prisca italia: cui; nomē sensim ab alpiū radicib; ad fre-  
tū siculū ac ipsi siciliæ cōicatū est. Denoiare enī aut iponere  
gētibus & locis noua noīa tm̄ regū ducūq; ius est. Suscepto





Fabius pictor

igitur italus italiæ imperio: tum filiam suam romam nomine siculis & aboriginibus in latio præfecit. Quæ relicta capena medium palatinum tenuit: & in uertice ubi hæret exquilino romam oppidulum condidit: quod ualentiam sonat. Post eius obitum ob paludes neglectum oppidum fuit usque ad aduentum euandri: qui cum oppido simul restituit nomen. Subsidens septem collibus campus argeus dictus est ab argo euandri hospite & comitibus argiui herculis: qui ad euandrum uenerunt: & in saturnia subsiderunt. Hinc extrema argileta dicuntur. Superior argiletus dicitur in principio uici thusci sub coeliolo inter circum maximum & auentinum: ubi letum argi simul & sepulchrum est. Imus uero argiletus est ubi ianus quadrifrons: qui & uertunus in fine uici thusci ad radices capitolii in foro boario ubi saturniæ uestigia. Tres igitur colles primum coluere ante romulum: medium quidem roma filia itali: extremos uero saturnus & italus.

**O**Enique romulus potitus rerum albanarum & usus maxima familiaritate regum hetruriae: & rex primus ex regulis italiæ creatus in latio romam oppidulum in regiam trapolim uertit: inque palatino colle fundauit. Ascito enim ex hetruria uate atque sacerdote: olympum fecit: pomeriumque sacrauit: & aratro ab olympo in uico thuscho per palatium circumducens ab imo collis ad uerticem quadratam urbem signauit. In uertice collis hærente exquilino romam oppidulum ampliavit: & e regione loco proximo caelio uelliam extruxit cæterum in decliua ad ima uersus circum maximum germinaliam fundauit: ubi iussu amulii fuerunt expositi. hac enim antea labebatur thyberis. Ab ea autem uersus exquilias forum romanum ædificauit. Et ita romulus ex regulo primus rex a thuscis declaratus est. Quam rem per occasionem acceptam mithridates rex asiæ pro ignominia romanis opposuit: quod uernæ fuisset thuscorum. Quarto autem mense ab urbe condita perpetratum est

Fabius pictor

audax facinus in raptu latinorum & sabinorum. Primi ex latinis bellum mouerunt in romulum ceninenses: antenates: & crustumeni. Romulus auxilio implorato a thuscis: cum caelio rege hetruriae primum ex his triumphum retulit. & ob id quartus urbis colles a thuscis habitari coeptus est: & caelium dictus. Subinde sabinum bellum ingens orsi coegerunt romulum denuo a lucumonibus socios milites expetere. Galerito Incumoni arbæ negocium datum est: magna hetruscorum exque urbe salpinatum manu uenit. Qui cum offendisset capitolium captum a sabinis ipse proximum capitolio quirinali pro romulo muniuit. Verum cum romulus audax sub capitolium sabinos aggressus uulneratus fugeret: illumque ad portam palatinam secuti sabinum romæ potituri uiderent: illico galeritus e quirinali delapsus uiamque retro in capitolium pedem ferenti adimens: ubi nunc ianus quadrifrons: a tergo sabinos aggressus: unde fabula eiaculatae aquæ sulphureæ est: in fugam uertit: animaduersa re romulus reintegratis uiribus & ipse a fronte cedebat: adeo ut metius in paludem sese cum equo armatus iniiceret. coedes ingens fiebat. Et ne unus quidem euasisset: nisi feminae occurrissent. foedere icto romulus urbis agrum diuisit in partes tres equis collibus. sabinis & tacio capitolium & quirinalis: romulo sequentes exquilinus & palatinus in quo roma: galerito & luceribus thuscis caelius & caeliolus obuenerunt: auentinum romulus neminem passus est habitare. nam fratri remo illum sacrum esse uoluit usque helernam. Cumque concessisset naturæ caelius & galeritus rex hetruriae successisset: consensu tribuum caeliolus & ab eo tota arcus area septem collibus subiacens thuscis data: & sacrificio iano uertuno facte egestisque paludibus: habitabilis reddita: & uicus thuscus dicta. Tribus igitur gentibus conflata principio urbs roma habitataque fuit. nomina imposuit princeps thuscus. nam hi tunc italiæ immenebant imperio, tacienses a tacio: rumnenses a romulo uocauit, hoc enim

d





## Fabius pictor

nomine illum ab euentu nuncupauit lingua hetrusca ex hetruria oriunda larentia: & nupta prius uiro thusco faustulo & inde hetrusco carrutio, suā uero tribū a se lucerū dixit. Nā alia trometina est a loco cælii. Hæc origo urbis romæ solū ueteris: septicollis cum arcus area habitatæ: nunc uero ab his collibus in alios colles & cōualles in immensum prolata. cæterum nomina eiusdē ueteris romæ hæc sunt. Nomina collium. capitolium: quirinalis: exquelinus: palatinus: cœlius: cœliolus: rumurinus qui & auētinus. porro in area hæc nomina sunt. libyssus. circus maximus forum transitorium: argiletus superior: argeletus imus: uia sacra: senaculum. cōcordia: græcostasis: ædes saturni: uertūnus qui & ianus quadrifrons: forū boarium: uicus longus: uicus arniensis: uicus stellatinus: sabatinus: arthenianus qui & ueiens: phaliscus: quorū cognomina a thuscis sunt cōmigrantibus in ciuitatē romanam. Item herculis ara ubi olympus & initium sacri aratri iūctim a germalia ad sacra uiam: unde & nois origo. forum piscarium. porta carmentalis: ædes pudicitia: rotunda herculis: forū uenaliū: lacus curtius: sub ura: sub urbanū: saturnia ubi nunc ædes eius: atq; ærariū. Hæc ubi roma uetus. In parte romæ sunt hetruriae loca: antipolis: ianiculū: uaticanū: & thyberis limes imperii: uolturreni inter ueteres ianū & saturnū: qui a principe illius urbe uolturrena per syncopam dictus est uolturnus: & ob id thuscus non latinus. quod uero uolturnū sine syncopa & compositione primitiuū est nomen: notat fluuium in samnio & oppidum romanū in litore: a quo uolturnus deus thyberinus in latio sicut & uolturnus ut caput imperii in hetruria. Quāobrem deum thyberinum suū dicit esse roma atq; hetruria: eundem & ianum uertunnū & ab his dictum uadimonna.

## In Catoni censorii fragmentū præfatio

M. Portius cato censorius & senior cognominatus ad differentiam. M. Catonis iunioris cognomento uticensis primus omnium aut in primis latinas litteras illustrauit. Scripsit opera complura quæ ab autoribus crebro citantur: sed ad nos tantum peruenere libri de re rustica & hoc fragmentū ex libris quos de originibus scripsit in quibus in italiæ antiquitate persequitur.

### Catonis fragmentum ex originibus.

**G**Ræci tam impudenti iactantia iam effunduntur: ut quomodo his dudum nemo responderit: ideo libere a se ortam italiā & eandem spuriam simul & spurcam atque nouiciam nullo certo auctore aut ratione sed per solā insaniam fabulentur. Quā ob rem nunc ut cæteris latinis uiam faciā: quæcūque memoria prodita gentibus italiæ sunt: & nunc romano imperio subditis diis uolentibus scribere instituo. Italiæ splendidissima origo fuit tū tempore tū origine gentis. Cœpit enim aureo sæculo sub principibus diis iauo: camelese: saturno: gente phœnicia & saga: quæ post inundationē terrarū per orbem prima colonias misit. Et de mundi quidem origine autores non paria sentiunt. Nā chaldei sibi sempiternitatē persuadent. Phœnicibus uero ac sagis magis placet origo. Inter utrosque cōuenit ante ninū circiter annis quinquaginta & ducētis quibus durauit aureū sæculū: terras fuisse inundatas: & in scythia saga renatū mortale genus. Siue enim ab æterno mundū existimes: & ignis principio cuncta tenuerit: & sensim in sua loca elementa coeuitia homines produxerint: siue ut fertur ante aureū sæculū terras subrutas inundatio possederit: & exiccata humo apparuerint homines: equidem principatū originis semp̄ scythiis tribuit: a quibus auctis colonias per orbem missas ferunt. Et ex his uenisse ianū cum dyrim & gallis progenitoribus umbrorum rateque cum coloniis per thy





berim uectum ad leuū thyberis hetruriā tenuisse locum: ubi colonias incōtinente primū exposuit: & ipsum deū simul uaticanum habitum dictūq; fuisse. Et regionē uaticanā id est uagianam dictam q; ibi ianus quasi in cunis natā primūq; uagiātem italiā exceperit. Inde cū coloniis a uagiano progressum intractum umbriæ fundasse regiam & fani olym-  
pum fossamq; sacrasse: & augustalem turrhenā: non longe a regia dicasse: ubi ad salutandū regem. xii. coloniæ nonis lunaribus conuenirent. Inde duodenis coloniis fasces ad cōtinendos rudes scribunt singulo prætoriano lictori quattuor & uiginti armatis ingenuis distributis. Eas posuit colonias ad ripas quidem thyberinas ianiculū: & arin ianū. ad ripas arni totidem phesulas: & itidem arin ianū. ad litus hetruscū quattuor pheregene: uolcen: uolaterra: cariara: quæ & latinæ luna. in mediterraneis quattuor. ogygianū: aretiū: rosellas: uolsinium. Paulo post dextrū thyberis latus regulis suis permisit. camefi a quo camefenæ quæ: & saturno a quo saturnia olim quod nūc capitolium: & ab ea late saturnia terra. Hæc prima fuit aurea illa ætate: & quidem augustissima origo italiæ. Italia complura a diis & ducibus fortita fuit nomina: a iano quidem ianacula: quem quidam cenotrium dictum existimant: quia inuenit uinum & far: camefena a camefe: & a saturno saturnia: saleombrona quoq; a gentilibus. Durauit saturnia nomen totidem ferme annis quot ante aurea ætas usq; ad apim deorū italiæ ultimū: ut antiochus syracusanus scribit: a quo apænina quā taurinam idem interpretatur: & si græci de more quidam a bobus herculis: uel quos opimos gignit italia ut ait hellanius: aut a uitulo egresso: ut herodotus uel ut quidam græci boues uocant italos: ut fabulator timæus: dictam existimēt. Inde a duobus fratribus altero hesperia: altero italia postremū nomen retinuit. His nominib; principio nūcupata fuit italia circa thyberim: ut qui inter om-

nes italiæ amnes in omniū deorū & principū tutela esset: atq; imperii totius ex his cōmunis sedes: a quo in principio & origine ipsa italiæ albula nomen a ianigenis habuit. Diuiditur autē in apceninos montes: & cisapceninā: & transapceninam italiā. Alpes oēs italiæ colonias fuisse thuscorū incolæ asserunt: & ab ipsis uel ducibus uel capitibus originum nomina gentibus & locis indita: ut rhoetiia rheto rege lydorū: & ueronenses a uera colonia thusca. comēsenses a fani regis uolturrenis a quibus uallis uolturrena. & osci a quibus oscela. Histria quoq; a duce misso a iano nomen retinet. At græcorū quidā scribunt dictū ab istro amne cognomine da nubio: cui dane gētes accolæ nomē impressere: fabulanturq; ramū ex eo in histriā effluere inq; adriaticū mergi. Fingunt alii argo nauim in istriā primū ab istro e montibus humeris uectā: & in adriaticū demissam: uidelicet tanta est in mentiēdo græcorū uanitas simul & leuitas: ut ab histri ostiis ad eius fontes immēsa gentiū spatia transuolarint: & amnes etiam obstantes tranarint: & humeris ea cōuecta cōnauigarint: ut etiā in italia mentiendi sibi loca inuenient. Nescio argo nauis ne græci aquas an argo nauis humeris montes nauigarit. uenetia est omnis ora circū sinum maris post histriam usq; ostia padi. Quibusdā placet a tylauento illos exordiri. Nam tanrisanos persæ gentem ab api duce conditā asserunt. Venetis cunctis prima origo phætonte est: quæ græcis occasionem mentiendi de phætonte & eridano præbuit. Posterius mixta his nobilis stirps troiana: a quibus patauium suo conditore inclitum. Omnia sub alpibus transpadana loca prisce conuenæ thusci missis coloniis tenuere: ab hisq; multa loca nomina retinent. Plura deleuerūt galli: qui primi arunte clusino duce alpes transcenderunt: & sensim ab omni gallia cisalpina hetruriā pepulere: ab hisq; nomē sortita retinet gallia cisalpinam qua mantua suo conditore ocno bianoro &





thuscorū rege illustris, penetrauerunt transalpes boi: senones: insubres: & alia gallia transalpinæ gentes. Gallia cispadana olim bianora a uictore ocno: postea felsina dicta usque rauennam: nunc gallia aurelia & emilia a romanis ducibus nomen habet: Princeps metropolis felsina primū a rege thusco conditore: inde a successore bono tuscaniensi bononia dicta. Spiritum padi ostium a pelasgis conditoribus spira dictum: & a diomede instauratum: nouaria ante ab herculis ægyptii nomine libya: & a cognomine aria ægyptio uocabulo leonina: sed a lyguribus instaurata: nouaria dicta est. Olanum ante ab thuscorum duce: qui cum oropiis coloniis ibi primus insedit: quorum origo incerta uti comi: bergomi: licinofori: & aliquot circa populorum: Inde ab insubriū principe nomine medo adacta mediolanum nomen seruat, padus antea duce coloniarum eridanus: sed a profunditate botigon ab etruscis & botigum a lyguribus: & a circa arbore picea gallice padus nuncupatur: Post padi ostia rauenna sabina stirps. Interit saga oppidum etruscorum: uti & atria: a quo mare atriatium: quod nunc hadriaticum. Gallia flaminia a rauenna ad ariminum a comitibus herculis conditum: a quo cognominatur, ab eo ad anconam senegallia a senonibus dicta pulsus etruscis: nunc gallia togata. Ancona prius picena uocabulo etrusco simul & aboriginum dicta. Galliam togatam primi coluere liburni & siculi: quos pepulere umbri: hos etrusci trecentis & amplius eorum ualidissimis oppidis iusti more belli expugnatis, eos tandem uicere galli. Piceni lingua etrusca genus sacrum dicitur orti a sabinis. A picenis ad garganum montem aliis & aliis temporibus diuersæ gentes tenuere. Marsia duce lydorum in quibus asculum. Præcutii: in quibus hadria siue atria. Vestini: in quibus amiterni. Marrucini & peligni in quibus curesellum, Orton & sulmo. Frætani primum a liburnis & dalmatibus: inde his pulsus a thuscis orti: quorum lingua latinum metropolim uocant.

uerunt: id est nobilem principem. Laronem enim etrusci & larunem & arunem uocant nobilem principem. Inde in transpadana larium lacum: & in thuscia larones amnes: & arunes colonie: & uiri arunes: quos thusci secunda declinatione: romani & greci sicut atlas tertia declinant & proferunt aruntes. A gargano ad brundisium coluere cœlii: unde apuli daunum apuli boi: in quibus arpe: canusium barbarium. Sub his apœninus ex transuerso diuidit in duo fines italiam quos inter tarentinus sinus iacet, circumque ipsum undique e magna grecia. Ad orientem uero magnæ greciæ pars est senotria arcadum & calabri prius aufones: ad quos grecæ uerbofinitas fert uenisse primam grecorum classem annis ferme quadringentis ante ruinas troiæ: cum œnotrium ducem arcadum post troiam conditam ad nauigasse in calabriam tradat antiochus syracusanus: & circa ora maritimam posuisse colonias, & ut parcius mentiantur greci: ab eo quondam dictam italiam œnotriam scribunt cum ab initio italiam a uetustissimo rege sabinorum & etruscorum penes quem erat imperium id nomen sortita fuerit. A leucopetra ad sarnum amnem uicinum neapoli tenuere diuersi populi umbri: itali: samnites: siculi: peucini: picentini & etrusci: quorum urbes sunt clusium: pestum: elea nunc uelia: Inter amnem uolturnum & montes apœnini, sabelli sunt proles sabinorum: ut nomen est argumento: a latinis samnites: a grecis faunites appellati. A thyberi ad sarnum incoluere primi aborigines proles umbrorum. Princeps his urbs uetustissima camerena a camelese condita: non procul ubi postea alba thusci his admixti: osci qui nunc capuani, Volosci quos uocamus uolscos: quibus metropolis fuit anxur nunc taracina: stabia: anitini: hortenses: longhani: oscori: macrani: nuetini latine grauisca. picenti: sorani: pherentines: phregenates: sanguini: thusculani: certinenses: ursentini: uulcentani, Roma principio sui pascua bobus erat. Circa



cum thyberim septem rupes sibi perpetue in erniddo succedentes: cauis paruis distincte erant: sub quibus alueum thyberis quadoq; egressus paludes in planicie rupibus subsidentem inferebat. Saturnus primus incoluit capitolium: italus auentinum: roma palatium: celius cum thuscis celium & uiminalē romulus cum palatio: in quo quadratam romam condidit etiam exquilinum tenuit ab excubiis dictum: quas illi lucumo dedit more thusco. xii. lictorum id est trecentorum armatorum ad custodiam corporis simul & dignitatem: quia tatius non erat sine suspitione in fide societatis. Etruria olim italice princeps ab eorum metropoli regia sic cognominata: a thyberi in mare diffunditur. Gens prima illorum maritima lygurum dicta a filio phætonis lygure quem montani lygures pheriton nuncupant. post thyberina ostia pheregenæ primum etrurie oppidum in uicino littore dictum a genio iano qui primus ibi colonias posuit & a pheritone id est phætone qui colonias adiecit: uti in lyguria montana ubi a genii coloniis genua oppidum: & ab adiectis pheritanis id idem coloniis: anni proximo & regioni pheretiane nomen reliquit: primus omnium grecorum pheton ex actica soluens cum lygure filio multis ætatibus & sæculis ante ænotrium archadem colonias adiecit italico littori: ab ostiis thyberinis usque ad niceam massiliensium: & in medio portum lygurnum a filio nuncupans: ultro citroque littus omne lyguriam dixit. uerum etrusci & eos secuti romani ab ostiis thyberinis etruscum uocauerunt usque ad caput etrurie. In depulonicum ab urbe metropoli popium romanæ puppium postremo a lygurno portu ad macram: ad cuius fontes est apua oppidum: apuanos lygures uocant: montanos uero omnes lygures qui a macra in niceam effunduntur. In montanis lyguribus sunt portus herculis ægyptii. nam lybarnum in hiis est a nomine simul & cognomine illius. greci: ubi quæ nomē herculis audiunt: putant esse suum a nomine sumentes argumentum

cum tamen ille neque nomine libyus: a quo deuicti liby: sed alceus dictus sit: neque dictio hercules sit græca sed ægyptia. nam illi heraclio id est iunonis gloria cognomen fuit. Gens prima etrurie maritima est. oppida in his pheregenæ alium: agilla quæ & cerea pelasgis conditum. pyrgus: grauisæ ab aere dictum: cose: uolce: thelamon: ab argo nauarum principe cum in etruriam ad lucumones profectus hercules alceus lacum cyminium effecit: & puella faula subrepta ex fano ad euandrum perrexit. umbro fluuius limes tractus umbrorum: caput etrurie limes etruscorum phaliscæ: populonium nauium & classis etruscorum olim princeps. uolaterræ & uada eius. Pisa condita a pisis alpheis pelasgis. luca illustri lukio lucumone rege thuscorum. lucos & montes feroniani: luna cariara ab etruscis dicta: a grecis selene. apua in transitu apennini ad fontes mare: unde apuanus lygures ab arno ad macram. A thyberi ad cyminia iuga: secunda gens thuscæ est cognomine a thuscis lartheniana: id est metropolis eniana. larthem enim summum regum uocant. enianum uero urbs in ea ab enetanis pelasgis condita: quam uel etrusci pulsus pelasgis ampliata a principatu prouincie simul & conditoribus priscis larthenianum. romani uero a genere populi uelies uocauerunt. Oppida in his sunt: fabum in fabatia a fabo conditum: larthenianum cognomine uelies. nepe fallaris: foracte: phaliscorum mons appollini sacer: phaliscanum: phesceni: umbricum: a priscis umbris dictum: flauianum: arcennum: mesium: a quo silua mesia: rosulum: are mutie: sulturium a pelasgia conditum ab insigni grano dictum. romana societate inclutum. capina a qua capinates: lacus cyminius & troitum phaliscorum: finitimum etruscis. Gens tertia thuscæ transcyminia: a cyminiis diffunditur ad pistorium. in his uolturnena sub radicibus cyminiis iacens cognomine etruria: a qua tres gentes etrurie appellantur etrusci: ut a communi metropoli: & ager etruscus antea umbronus dictus ubi





umbri orti. In eo agro ferentia: troffulum: meonia meonū: turrhena: uolturna: sub uolturrena. arūtes ueteres cognomine camillarii: longius blere olena: tussa nana larthes oppidū: sale umbrona: cort noffa: cort enebra mons coriti in iugis cyminiis: e regione mons phifcon quæ & ars iti: uolsine: pelii: oropite. sentinas: clusium uetus a pugna sed a duce comer sol: montes tumniates: fora: soana. non procul saturnia lapides a ioue compluti in auxilium herculis contra lygures hetruscos gigantes: a filio dicti lamones: amnis pelia: mōs pelius: mons tumnies. roselle: umbro in monte sena colonia phocenses. pistorium: umbro amnis: stellates: fluentini qui & arnienses clusium nouū: unde clusentinus trāsitus hannibal: aretium: crotonaa crotone socio herculis cōdita. Apœ ninus mons italiam in duo secat. Radices sub pœnino transitu hannibal in alpibus a nicea ad ipsum ferme pœninum in latitudinem extendūtur: & usq; ad macram lygures montani incolunt: a macra item ad fontes thyberis ad inferū mare thufci. ad superum galli aureliani & emiliani. A fontibus rursus thyberis ad narem umbri inhabitant. Principio thyfernum: & in fine ameria tuder sunt. Galli omnem umbriam pulsus hetruscis occupauerunt: exceptis typherno: esifio: hyspello: fulgineo: & uetusta ueiorum prole quam ueilumbram: id est ueiam prolem antiquā umbram dicunt: in quibus principes sunt spoletum: tuder: meuania & ameria ferme nōgentis annis & amplius restituta ante perse bellum a ueis hetruscis antea condita: duce ameroe atlantis itali ex pleiona uxore filia. A nare porro amne usq; ad equiculos tenent sabini a sabo conditi sabatio sangni gentili edito. Inde ad fontes sarni amnis: sabelli sabinorum proles incolunt. Sangni gentilem sabinum pronunciant sabini: sanctum romani sagam barbari: a quo & sagi primi thufci id est pontifices & sacri expiatores. Ex quo patet leuitas cum loquacitate greca

nica quæ a lacedemoniis ortus scribunt sabinos: & græca origine a seuome dictos fingunt. Sed roma tum rudis erat cum relictis litteris & disciplinis hetruscis: mirabunda græcis fabulis: rerum & disciplinarum erroribus ligaretur: quas ipsi hetrusci semper horruerunt: neq; ob id latinas quidē uoluerunt suscipere usq; ad cecinnam uolturrenum magistrū quadrigarum & augurum principē: patrem menippi & auū menodori: quos ante illum pater eius uolturrenus: auusq; titus & proauus turrenus semper romanis principibus charissimi reuerunt: cum ad eas recipiendas urgeretur. Nam ipse turrenus patre elbio uolturreno & regum hetruscorum ultimo ad lacum uadymonnis ceso: equidem ad reddendam nebem hetruriam anno secundo olympiadis cētēsimæ uigēsimæ quartæ allici potuit: sed ad recipiēdas latinas litteras nūq; persuaderi potuit. Palatinum collem roma itali filia: sed prius palatini aborigines tenuerunt: qui ex agro rheatino ad pascua ouibus quærenda illo profecti sunt. Argumento est uellia palatini altera pars: a uellenda lana: ante his monstratam hetruscam tonsuram appellata. Capitolium dictum a capite inuento fluente sanguine dum iouini templi fundamenta iaceret princeps tarquinus. Nam antea tarpeius a tarpeia ibi scutis sabinorum obruta: sed prius saturnus uocabatur. Sub eo ianus quadrifrons quirinus a uictoria lucamonis a quirino colle mouentis. Quirinalis a iunone sabinorū dea: quā illi curitim id est hastatam iunonem uocant. Etenī hastam curim & curinam proferunt: quia his simul & hetruscis non est littera q, sicut romanis, inde quirites.





Antonii

**O**luis augustus quibus totum orbem recte diuiserit ubi ait: Orbis totus diuiditur in partes tres: europam: aethiopicam & asiam: quae fere est dupla ad quolibet duarum: in descriptione tamen locorum orbis multa loca memoratu digna siluit: quae uel in praecipuis itineribus oppida & urbes occurrant: quae maxime tum militibus: tum peregrinantibus: tum historicis non parum proficiunt: neglexit ea nos suo nunc ordine percurrere institui. Ab urbe in gallias itur itineribus sex: maritimo: littoreo: aureliano: cassiano: thyberino: flaminio. Maritimum tenet pheregenas: castrum nouum: cellas hercule: thelamone: caput hetruriae: phaliscas: traianum: populonium: uada: lygurnum ericis: entelliam: delphinum: Genuam inter porsenam & pheritonem, monacum: niceam. Littoreum continet alsium: cere: pyrganum. Forum celle: grauiscas: cosas: uolaterras: pisam: lunam: & ipsum transitum in gallias cariam. Aurelianum quod & claudianum fertur per ipsam aureliam: thermas stygianas: forum nouum pagorum: claudii: tarquinias: saturniam: uolcen: tumnatem montem: rossellas: rosetum: tursenam & transitum apuam. Cassiano itinere itur per politorium: arcentum: minionem: forum cassii: arutes camillarios: tudernum: uarentanum: umbronem montem: senam coloniam: phocenses: lucam: & caferonianum transitum in gallias. Thyberinum quod & cyminium iter fertur gallera: lartheniano siue ueiente: rosulo: sutrio lacu elbii: & iugis cyminiis: fano uolturnae: cuius claris gestis inuidit liuius: saleumbrone uolturne: lartheamni: uolsinis: clusio ueteri olim comersolo: clusio nouo a quo nunc dictus clusentinus transitus hannibalis, & phesule transitus. Flaminium habet castrum nouum ocream: & ocriculum: narniam olim nequinam: tuder: hispellum: aut a castro nouo spoletum: camerinum: urbinum: pisaurum: ariminum.

Decretum desiderii regis italiam

**R**euocamus statuta regis aistulphi contra uetulonenses: ut lacus non tyrensius sed uetulonum sit: quia lacus magnus italiam ideo italiam dictus est: quia ager eorum prius est italia: dicta ab ibi sede itali decreta, & ut suam longham non longbardulam sed cognomine sui ampliatis turrhenitibus uocent & ut sub uno muro cingant sua tria oppida longham: uetuloniam & turrenam uolturnam dictam hetruriam: totamque urbem nostra adiectione uiterbum pronuncient: ut rhoda & ciuita balneoregium dici iussimus, permitimus pecuniis imprimi fas: sed amoueri herculem & poni sanctum laurentium eorum patronum, sicut facit roma & bononia, iubemus quoque reparari cort nyentam dardanium: assium: forannium: corynetum & thuscanellum, nos enim non sumus thuscie destructores ut nos apud gallos accusat hadrianus papa: nam in thuscia aedificauimus a fundamentis: uobis quidem uolturnensium: caluillum: uicum horchianum: balneariam: barbaranum: & gariofilum, sentinatibus autem ausonias: roda: cofanum, uolatteris roda comalum, lune sergianum & petram sanctam: olim fanum feroniam. Phocensibus autem sanctos geminianum & miniatem, fesulanis oppidum munionis: in quod uagos & sparsos arynianos & palantes fluintinos collegimus. Rursus plures antiquas nobiles urbes ampliauimus & muris cinximus quod nunc id idem agimus circa lucam: pistorium: aretium: orbitum & hetruriam nunc uiterbum: cuius nomen aut a nobis constituta decreta si quis uiolauerit: aut capite puniatur aut laqueo straguletur. Hoc itaque non est hetruriam destruere: ut nos arguit hadrianus: qui pacem ultro a nobis oblatam respuit, quare tibi grimoalde praefecto uiterbensi praecipimus: ut quodiu dubia pax perseverat iubeas omnes thuscie milites paratos esse in armis: & comeatu ac





**Decretum desiderii regis italiae.**

stipendia sine auaricia fac in promptu habeas: ut non solum  
occurrere hostibus: sed etiam illos inuadere. Ciues non gra-  
uabis nouis exactionibus. Ex papia uenient. Viterbenses.

Explicita sunt hæc opuscula antiquitatis plena  
Burgis in officina Frederici alemani pridie kl̄as  
mai Anno a salute christiana. M. D. XII.





145



VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA  
GREDOS USALES